CONCLVSIO. XXXVII.

1. INFIRMITATIS quoq; cauſa.✝. impeditus dare campionẽ poteſt d.l.fi. de parrici. & l. quacunq; qual.quis ſe de:.de:.& per Paridẽ in d.§.pugna,& Iac. Hiſpa. d.c.5.& Iul.
2. Fer.d. conſ.x. num.3.&.✝. generaliter hodie qlibet impeditus,impedimẽto perſonali poterit campionẽ dare,ut atteſtat Paris in d.§.pugna, & uideĩ ſenſiſſe Alciã.c.35.circa prin.& Iul.Fer.cõſ.5. ubi in monoculo ꝓuocato loqtur; quẽ dicit campionẽ daturũ arbitrio iudicis; ſed in hoc dubito,ut inf. concl. 60. Cõtra Fer.

1. Campio propter imparitatem,nobilitatis & dignitatis,datur.
2. Equalitas eſt ſeruanda.
2. Inferior non debet aſcendere.

CONCLVSIO. XXXVIII.

1. DIGNITATIS ✝ gratia etiam campio dari poteſt; uel ꝓpter nobilitatem; ut per Paridē d.§.an liceat,&.§.pugna lib.5.per glo.in.§. ſi miles ruſticū. de pace te. & per alia allegata,& per Iul. Fer.d.cōſ.x.circa
2. fi.& Alci.d.c.35.in prin.ratio eſt ✝ propter æqualitatē ſeruandam;& quia inferior nō debet aſcendere,& illa etiā ratio eſt,quia perſonæ illuſtres,etiā in iudiciis criminalibus litigant per procuratores.l.pen. & aút. hoc ius.C.de procurato. quas rationes aſſignat Paris in d.§.an liceat.

1. Cāpio in multis caſibus dari poterat; hodie ſecus.
2. Clerici, & cuiuſlibet litterariæ ꝓfeſſionis doctores, etiam per campiones nō pugnant.
3. Campio nō datur.ubi ſit facta cōuētio pugnandi, de perſona ad perſonam.

CONCLVSIO. XXXVIIII.

1. POTERAT etiā alias,in aliis quibuſdam caſibus campio dari ✝. ut puta ſi ſeruus in libertatē proclamaſſet,cū dominus per campionē pugnare poſſet.l.ſi ſeruus quali.qs ſe def. deb.in longob. Itē ſi perſona eccleſiaſtica.uel clericus,uel comes,uel uiduæ,cau-

ſas habuiſſent inter ſe,uel cũ aliis; nam pugnabant per campiones.l.ſi.eo.tt.quali.quis ſe def. deb. Idem in teſtibus cõtrariis. Et idẽ ubi ſeruus alienus accuſabatur de furto, qa dominus pro eo pugnabat,& erat campio ſerui. sm̃ Paridẽ in d.§.pugna,per iura longobarda per eũ allegata,& per Io.ligna.in.§.cir
2. ca ſextum; Verũ hodie hæc abolita ſunt ✝ nam in clericis aliter ſtatutũ eſt; & pugna omnino etiã per campiones ꝓhibetur c.2.de cleri.pug.in duel. & c.1. de corpo.uiti.cum ſim.& tradit Paris in d.§.pugna, & Alci.c.34.Iul.Fer.conſ.17.& Iac.Hiſpa.c.4.ubi hoc idẽ interpretãtur,& extẽdunt etiã ad cuiuſlibet litterariæ ꝓfeſſionis doctores,faciunt dicta per Paridẽ c.in armipotens lib.6.,ꝓuocare.n.nec ꝓuocari poſſunt tales perſonæ,ut ipſi docent,& alibi dicemus. At in his caſibus sm̃ Alcia. d.c.35.& Iac. Hiſpa.d.c.5. in fi.iura longobarda nõ ſunt in uſu. Non etiã dabit campionẽ dominus pugnans cũ uaſallo,qa dominus dedit fidelitatẽ uaſallo; & uaſallus domino; & ratione æqualitatis principaliter pugnabũt,ut late per paridẽ in c.an ſi dominus lib.6. Non datur ẽt
3. campio, ubi (ut dicit̃) guadia,✝ & cõuentio data ſit per actorem,& recepta per reum; uerbi gratia; ſi ꝓuocator dicat; Ego uolo tibi probare de perſona mea ad perſonã tuã,& prouocatus reſpõdeat ſimpliciter; ego ſuſtinebo defenſionẽ meã; niſi tamen ꝓuocatus ſit impeditus, uel ſit fœmina, uel ſenex, uel minor utſupra; Si autẽ ꝓuocatori offerẽti Duellum sm̃ cõuentionem recitatã,prouocatus rñdeat,

ꝙ ſe defendet,uel per ſe ipſum,uel campionem,& tali modo fuerit admiſſus,nõ cogitur prouocatus, ſed ꝓuocator per ſe ipſum pugnare,ex quo a con uentione nõ licet per ꝓuocãtẽ diſcedere,& electio eſt ꝓuocati reſpondentis alternatiue.l.pleruncꝙ.ff.de iure dot.ut ſentit Paris eo.tracta.lib.5.§.qd ſi duo.

1. Cãpio debet dari sm̃ qualitatẽ alterius principalis.
2. Campio ubi per alterũ ponit̃; põt & alter ponere.
3. Cãpionẽ q ponere poteſt;põt fauori ſuo renũtiare.
4. Campio accuſatus ad mortẽ punitur,nec eius exe- cutio differtur cauſa pugnæ.
5. Campione uicto dicit̃ uictus principalis, ubi nõ ſit fraus num. 8.ubi adſit punitur num. 7.
5. Principales uel domini,non retinẽdi in carcere,do nec pugnatur per campiones.
6. Campio ſemel uictus,iterum pro alio non admit- titur,ſed pro ſe.
9. Campiones iurant de credulitate,dominos fouere iuſtitiam: &c.
10. Cãpionibus adaptant̃,oĩa dicta in ꝑincipalibus.
11. Campio inuitus nemo pugnare cogitur.

CONCLVSIO. XL.

IN præmiſsis notanda , & colligenda ſunt aliqua coĩa; uidelicet ꝙ ubi Vica rius ſupponitur,ſiue campio,ille debet eſſe ſimilis ꝓuocanti,ut tradit Paris in d.§.pugna.& Alcia.c.35. & Iac.Hiſpa.d.

1. lib.1.c.7. ubi docet eum + ꝙ primo offert campio-
né, debere ipsũ dare sm̃ qualitaté alterius principa-
lis; ita ut nõ det illi inferioré ; ut æqualitas ſeruet̃;
& addit ꝙ habita iſta regula, nõ errabitur; Item in
eodé loco tradit Paris per.l.quacunq; quali.quis ſe
2. def.deb. + ſi unus campionem ponit, & alter poteſt
ſubſtituere, & campioné dare, quod & ibi glo. com
médat, & ſequit̃ Iul.Fer. conſ.x.num.9. Verũ & hoc
3. concludit Paris d.§.an liceat, ꝙ + quilibet qui per
uicarium pugnare poſſit, ualebit huic fauori renũ-
tiare per no. in.l.ſi quis in conſcribẽdo C.de epiſ. &
cleri.& de pac. Inſuper Paris eo. lib.5.§.ubi, differit
æqualem eſſe fiendã diſtributioné campionũ; ſicut
aduocatoꝝ arg.l.prouidendũ C.de poſtul, qui itidé
ſint conſimiles, ut expreſſe ſcribit̃ in.l.ſi.quali.quis ſe
def. debe. licet alias inter principales nõ attendatur
æqualitas, uel inæqualitas potẽtiæ, & uirtutis; Vlte-
4. rius cũ quis ſubmittitur in campioné +, qui dein-
de accuſatus fuit, & condẽnatus ad morté, nõ differ
tur executio mortis illius, ad hoc ut pugnet, ut con
cludit Gul.cu.& Bar.in.l.imperator.2.ff.de ſta. homi.
refert & ſequitur Paris in.§.aliquis, lib.7. Præterea in
5. quit Paris eo.lib.5.in.§.an ſi aliqs, + ꝙ deuicto cam
pione, ſine fraude, dicit̃ uictus dominus, & principa
lis ; ut ſcilicet ſi campio cõfiteatur dominũ ſuũ fo-
uere iniuſtitiã, tunc dominus puniat̃, ac ſi ipſe con
feſſus fuiſſet delictum obiectũ; Si uero campio ſe
captiuũ reddat, tũc ſimiliter dominus erit captiuus
uincentis; quia in iſtis quaſi cõtrahitur arg.l.3.§.idé

ſcribit.ff.de pecul.& per reg.iuris,qui per alium facit
Cõtra Cal- can. per ſe ipſum facere uidet̃,idem ſentit Iac. Hiſpa. d.
c.7.& Iul.Fer.d.conſ.x.num.6.& Alci.d.c.35. Sed an
interim dum pugnat̃ per campiones ; principales,
ſeu domini,ponere ſe debeant in poteſtate Iudicis,
ut inde ſuper eis uictoria poſſit habere effectũ,Lau-
ren. Calcan.cõſ.2.col.antep.conſulit eos in carce-
ribus retinendos,quia ipſi ſint puniendi,nõ autem
ſubſtituti ; ne ue Duellum reddat̃ eluſorium. Verũ
ego aliter ſentio,ubi alio modo circa effectus uicto
riæ ſuccurſum ſit partibus,ueluti per fideiuſſores,
quibus uictus uictori ꝓmitteret adimplere ea quæ
uerſant̃ circa effectus uictoriæ,ut puta,fideiubẽdo
de expenſis reſarciendis,& obſequiis,& aliis ꝓſtan-
dis uictori, de quibus dixi inferius concl.99.&.100.
nõ.n.hodie in uſu eſt,ut uictus puniat̃,unde hac de
cauſa carceratio ſit neceſſaria ; & ideo Duellum nõ
reddetur eluſoriũ , quod ꝓbatur in d.l.1.&.2. & me-
lius ibi in.l.3.ff.de cuſt.reor.in quibus cauet̃ etiam in
capitali crimine; Non eſſe eũ in uincula coniicien
dum qui fideiuſſores dare paratus ſit,niſi tam gra-
ue ſcelus ipſum admiſiſſe conſtet,ut neq; fideiuſſo
ribus,neq; militibus cõmitti debeat. Sicq; ueniat im
ponenda pœna corporis afflictiua,ut per Bar.d.c.1.
6. & Ang.Subnectit q; Paris ibi in.§.campio,✠, ſi cam
pio fuerit ſemel uictus,amplius pro alio nõ admit-
7. titur; ſed pro ſe tantũ, ✠ Et inde infideliter pugnãs
punitur,ut ibi.§.ſi campio,ita ut pœna capitis pu-
niatur,ſi principalis ea pœna plectendus erat; uel ſi

alia, pœna manus, per eandem conſti. quas cõclu.
8. ſequitur idẽ Hiſpanus c.8. & Iul. Fer.d.cõſ.x.Nec ✠ campio corruptus, permittẽs ſe uinci, parat uictoriã uincenti, quia ꝓpria uirtute, nõ æmulis corruptis, & redẽptis, certandum eſt, ut per Paridẽ ibi in.§.pone. allegat tex.in.l.1.C.de athletis lib.x.& arguit a docto re approbato, corruptis approbatoribus, ꝙ nõ gau deat priuilegio doctoꝝ per.l.1.C.de pœna iud. qui
9. male iudi.✠ Item iurant campiones, ut iuxta eoꝝ ꝓbabilem credulitatẽ, credãt dominos, pro quibus pugnant, ueritatẽ fouere, & nõ per calũniã, ſeu do- lum accuſare, ac pro omni uirtute; & potẽtia co- adiuuabunt; & uniuerſaliter ſuũ principalẽ nõ of- fendent ſm̃ conſt. Regni ut per Bal. de pace te. in prin.& per Paridẽ ibi in.§.campiones, & Io. de ãna. in c.ſi.de cleri. pu. in. Duel.& Iac.Hiſpa.d.c.8.& Al- cia.d.c.35. Item iurãt nõ habere ſuper ſe herbas, aut aliam rem, quæ ad maleficia pertineant, ſm̃ Paridẽ ibi in.§.nullus.per.l.nullus campio, quali. qs ſe def. de.&.l.ſi quis alium; & Hiſpa.d.c.8. Illudq; genera-
10. liter obſeruandũ eſt, ut atteſtatur, ipſe Hiſpa.c.7.✠. ꝙ omnia dicta in principalibus cenſentur fere repe tita in uicariis, quia ſubſtitutus debet ſapere naturã
11. principalis; ✠ Illud etiã notandũ eſt, ꝙ nullus in- uitus poteſt cogi pugnare pro alio, quãuis ſit ſubdi tus, aut uaſallus, niſi ex pacto; uel niſi in caſibus q ponunt̃ in uſibus feudoꝝ, uel niſi ex cõſuetudine, uel alio iure ſpeciali, ſm̃ Innocẽ.in c.ſicut.2.de iure- iur.licet ſm̃ eum uaſallus teneatur eſſe in conſilio,

& auxilio, ne domini lædantur. c. de forma. 22. cõſ. 5. quæ ſequitur Paris lib. 7. §. duo domini, nam uaſalli nõ tenentur adſeruitia perſonalia.

1. Campio oĩs admittit, q̃ nõ repellit a poſtulando.

2. Campiones, Fures, infames, & aliter criminoſi graui crimine, & in peccato mortali incorrigibiles, repellunt.

CONCLVSIO. XLI.

1. ADMITTITVR † autẽ in campionẽ, omnis, q nõ repellitur a poſtulando iure Romano, quia æquiparatur aduocato, ut in. l. 1. ff. de poſtul. & per Pari· in. §. quando lib. 5. & Io. lign. in. §. circa ſeptimũ num. 7. & Iac. Hiſp. lib. 1. c. 7. & Iul. Fer. d. conſ. x. num. 4. & uidet ſentire Alci. d. c. 35. ſatis eſſe, ſi campio aliqua labe in
2. famis apud graues uiros nõ ſit †, Repellit propterea sm̃ predictos docto. Fur. ut in longobar. l. ut nemo furẽ. quali. quis ſe def. deb. leno, & generaliter q-libet infamis. l. 3. ff. de infa. & item quilibet criminoſus, grauibus criminibus irretitus, sm̃ Io. lign. in d. §. circa ſeptimũ nu. 7. ea ratione Paris etiã, & Iul. Fer. idem ſentiunt, in eo qui inuolutus ſit in aliquo peccato criminali, quod mortale uocatur; a quo indurato animo nõ uult ſe corrigere; licet Alcia. d. ca. 35. aliquo modo hoc reprobare uideat; inquiens mortalium peccato℞ cognitionẽ Theologis relinquendam; q̃q̃ tale peccatũ nõ debet obiicere ad-

uerſarius,q poſſit ſperare talẽ uicariũ ſuperioꝝ ultio nẽ nõ euitaturũ; Verũ nõ recte sẽſiſſe Alciatũ exiſti mo; quia ubi adiit peccatũ mortale,& incorrigibi litas; ibi hæreſis dicit̃ eſſe,& per conſequẽs,quis di- citur eſſe infidelis; & infamis; ut eſt dictum ſupra.§. ſecundo,uerſ. Hæreſis,& uers.Periurii,& uers. Pro- motus:Nec decens,aut par eſt,ut aliquis integer,& innoxius,cũ infame certare debeat; cũ exploratum ſit,ꝙ pugnare in Duello , eſt actus honorabilis , & heroicus,ab infamibus nõ exercendus , ut dictũ eſt late ſupra conclu.15.& ſentit idẽ Alcia.c.18.& æqua- litas eſt ſeruanda in hoc , ut sm̃ qualitatem alterius principalis detur campio,utſupra concl.prox. Cõ- tra Alci.

1. Prouocator eligit locũ,& iudicẽ,hodie; ibi ratio.
2. Quadraginta dies per prouocantem ſtatuũtur pu- gnæ,admiſſo campo per prouocatum.
3. Campus triplex an inueniendus,an unus ſufficiat.
4. Campus tutus eſt inueniendus,aptus,& congruus.
5. Campus apud ſarracenos,Iudeos , & infideles,nõ inueniendus.
6. Campus ad loca ſolitaria,& ſilueſtria nõ dandus.
7. Campus tutus cenſetur,quãdo princeps eſt talis in quo nõ cadit ſuſpicio,ut Rex.26.
8. Campum differens eligere prouocans; eliget ſi uo luerit prouocatus,in contumaciã: Item alius cam- pus eligẽdus,ſi aliqua cauſa reuocet̃ primus nu.10.
9. Campo electo in contumaciam, aliorum ſex men ſium , pugna iterum non conceditur , niſi refectis expenſis.

CONCLVSIO. XLII.

1. LOCVM tutum, ✠ & Iudicē, diemq́;, & Stadii limites, bona fide, eligit ꝓuocator, ex cōſuetudine Italiæ, ſm̄ noſtra tēpora; forsā ea rōne; ne ſi talis electio relinquat̄ ꝓuocato, ſimul cū electione armorꝫ ut inf. cōclu. 84. differat ipſe, fingatq; ſe, ad di ſtrahendū Duellū, nō inuenire campū, reorꝫ n. om nino eſt fugere, l. inter ſtipulantē. §. 1. ff. de uer. oblig. aliā rationē reddunt Iulius Ferretus conſ. 6. nu. 5. & . 6. & Iac. Hiſpa. lib. 3. c. 3. ſcilicet quia hoc ſit inuētum hodie ad exonerādum reū; cū difficile ſit inuenire locum, & Iudicē: Talem quoq; electiones ex gene rali cōſuetudine obſeruandā tradit Alci. c. 6. & dict. conſ. ſuo car. 8. licet c. 41. contrariū, & male, & forſan corrupte, dixiſſe uideat̄, quo ad diem: Verū conſue tudine inductum eſt, & obſeruatur (ut audio); ꝙ

2. ✠ loco tuto per ꝓuocantē reperto; & per ꝓuocatū admiſſo, fiat pugna intra quadraginta dies, ſtatuen da per ꝓuocantē quæ diffidatio dicit̄, eſt tamen in ſtantia Duelli ſex mensiū, ad reperiendū iudicem, & locū ut ſupra cōclu. 25. Hancq; cōſuetudinem iure Romano ꝓbari, inquit Alcia. d. c. 6. quia actor locū, iudicemq;, cum aliqua experiri uult actione, eligit; Reus uero arbitratu ſuo ꝑſcribit; quaſq; exceptio nes maluerit, in cognitionem deducit: Sed nō uidet̄ hoc argumentū Alciati, uſq; quaq; ꝓcedere; quia in foro ciuili, licet actor eligat locum, & Iudicē; eligit

Ratio alia, inue niēdi locū, & Iu dicē per ꝓ uocā tem.

Alci. cōtra rius, uel corru ptus.

Con tra Alci.

tamen locũ,& Iudicẽ ipſius rei; cum actore neceſ-
ſario ſequatur forum rei.l.2.C.de iurisd.om.iudi.c.ſi
clericus laicũ,cum ſim.de foro compe.at ꝓuocator Cõ-
eligit locũ, & Iudicẽ,quẽ maluerit,dum ſit tutus, tra
3. & abſit ſuſpicio,ut infra dicemus.✝ Triplicem,ru- Alci.
tumq; nominatim Campum,ꝓuocato deſcribẽdũ
dicit ipſe Alcia.ut illi ſit liberum,quẽ e tribus opta-
re maluerit; unde tranſmittunt̃ diplomata; ſeu co-
pia auctoritatis pugnandi in locis cõceſſa; Nihilo-
minus ſecũdũ Iac.& Iul.nec iure,nec ratione pro-
4. batur,tria loca ꝓponẽda.✝ Sed omnino tutũ de-
bere eſſe locũ eligendum affirmant per glo.in.c.ſta-
tutum.§.cũ uero,in uer.ſecure de reſcrip.in.vi.& Sa
lice.in.l.reos.col.5.de accuſatio. cũ ſim. quæ exiſti-
mo uera,& in frequẽtiori obſeruantia per Duellũ;
Et ꝓpterea niſi tutus,aptus,& cõgruus ſit locus,pro
uocans,aut ꝓuocatus nõ tenet̃ ad ipſum accedere,
ut tradit Iulius ibidem per tex.in.l.qua actione.§.ſi
qs in colluctatione.ff.ad.l.acquili. &.l.nemo,quali.
quis ſe def.deb.in lõgobarda,& ante eũ Paris in.§.
5. nobilis lib.2.✝.& ꝓpterea nõ poteſt,nec debet,pro-
uocans quærere locũ apud infideles,Sarracenos,
Iudeos, & infames; quia locus nõ dicit̃ eſſe tutus,
nec cõgruus,sm̃ eundẽ Paridẽ in.§.an ſi ad Duellũ
6. eo.lib.2.✝.Similiter nec apud loca ſilueſtria,uel ſo-
7. litaria,ut per eundẽ in.§.an ꝓuocatus,eo.lib.✝ Cæ-
terum tutus cenſet̃ locus, quãdo talis eſt princeps,
in quẽ nõ cadit ſuſpicio; ꝓut eſt Rex Hiſpaniarũ,
uel Frãciæ,uel quãdo Dux belli,uel princeps cõce-

dit ſecuritatẽ,& ſaluũ conductum,ut per plura per Paridem d.§.nobilis,& Iac.Hiſpa.lib.4.ca.6.& Alcia.
8. ca.17.Vbi.✝.tamen ꝓuocans diſtulerit infra tempus ſtatutũ,utſupra,eligere iudicẽ,& locum; poterit ipſe ꝓuocatus eligere,in pœnã,& cõtumaciam moroſi,niſi aliter ſit pactũ,ut per Iul.ibi; Et in hoc caſu notãdũ eſt,✝,quãdo in contumaciã alterius eli-
9. gitur Iudex,& locus,cum termino alioꝶ ſex menſium; ꝙ illis elapſis ꝓuocans,uel ꝓuocatus,nõ cõtumax,cenſet̃ de ſtilo armoꝶ abſolutus, tanq̃ inſtantia perempta; unde ulterius pugna nõ cõcedit̃, niſi expenſæ reficiant̃ per contumacẽ,ut tradit Paris in.§.quia de ſtilo lib.3.ubi quamuis loquat̃ tantũ in ꝓuocato cõtumace,idem uidet̃ dicẽdum in caſu ecõuerſo,ratione æqualitatis ſeruandæ ; & quia nõ debet actori licere,id quod reo nõ permittit̃,ut alias dictum eſt, obſtare tamẽ uidentur ꝑmiſsis di-
10. cta in concl.25.ideo cogitãdum eſt ✝ in hac quoq; concl.ſciẽdum eſt sm̃ Paridẽ in.§.data eſt,lib.2.ſi iudex ex aliqua cauſa reuocet,ut puta, publicæ lætitiæ,uel filii nati,campum,& eius ſecuritatẽ conceſſam; ne ibi pugna poſsit inchoari, & perfici; alius tamen locum inuenire poſſe ꝓuocantem,nec prouocatus ideo liberatur.

1. Prouocans præſentat processum, & literas undecunq; collectas Iudici electo,& inſtat,ad conceſsionem campi.

CONCLVSIO. XLIII.

1. IVDICI electo exhibendæ, ✠ & præſentādæ ſunt literæ collectæ, proceſſuſq; agitatus; ut inde conſilio pariū, & peritorū, diiudicet; & cognoſcat ſuper deductis; & an ſubſint cauſæ, de quibus certamē, quærit, iuſtæ, uel iniuſtæ; ſitq; pinde deneganda pugna; uel cōcedēda, ut diſſerit Paris lib.1.§.tertio, in fi.&.§ an rex, de qbus etiā meminit Iac. Hiſpanus lib.3.c.fi.& lib.4. c.7.& Iulius Fer.cōſ.14.num.3.&.4.ꝙ inquit, ꝙ tunc inſtatur, ut Iudex deliberet, an concedere debeat campum franchū, ſeu (ut aiunt) ſaluū cōductum, certandi in territorio ſuo, & ſua iuriſdictione.

1. Campus certaminis conſtituitur, intra, uel extra ciuitatem; funibus, aut ſignis, aut muris, circondatus, aptus, &c.

2. Campus certaminis dicitur eſſe ſacer.

3. Duellum, nō fit in loco ſacro.

4. Prouocator intrat de calumnia; ibi qualiter ſit iurandum.

5. Prouocatus iuramētū calūniæ an ſubeat; ꝙ ſic n.6.

7. Duellantes, nec animo iracundo, nec conuiciis ad certamen deſcendant.

CONCLVSIO · XLIIII.

1. CONCESSO per Iudicē certamine. ✠ locus quoq; certaminis conceditur; & ex conſuetudine (cum iure uſq;quaq; expreſ-

ſum nõ ſit, licet aliquid tãgatur in glo.l.qua actio-
ne.§.ſi quis in colluctatione.ff.ad.l.aquili) amplus
eligitur, intra, uel extra ciuitatẽ, deſsignatus coram
iudice, funibus, aut lignis, uel muris circundatus, in
loco apto, plano, uento, ſoli, & pulueri, minus ex-
poſito, qui ſolet aratro deſsignari, ut per Paridem
in.§.deſsignatores lib.2.& Io.lign.in.§.circa ſeptimũ
num.8.& Iac. Hiſpanũ lib.3.c.4.& Iul. Fer. conſil.6.
2. num.8.✝ Diciturq; ſacer, ut dictũ eſt ſupra concl.8.
3. Caue tamẽ ✝ quia in loco ſacro nõ permittit̃ fieri
Duelli pugna; teſte Paride lib.1.§.Duellum in prin.
4. per tex.in c.ſi.42.diſt.✝ Inde tenet̃ ante omnia pro-
uocator iurare de calũnia arg.l.mẽtio, &.l.ſi qs aliũ
aſto, quali.quis ſe def.debe.in longobar. & conclu-
dit Paris lib.1.§.tertio num.6.& in.§.in pugna, &.§.
an ſi quis lib.8.idem tenet Io.ligna.in.§.circa ſepti
mum num.2. 3. &.4.per.l.1. 2. & aũt. principales.C.de
iura.cal.ubi de calũnia, & aſtu iurat omnino actor.
Idem etiã ſequit̃ Iac.Hiſpa.lib.3.c.2.Alcia.c.4 in prin.
Iul. Fer.conſ.6.num.9.& in eo cõueniunt Paris, Io.
& Iac. ꝙ iuramẽtum tale erit præſtandũ conforme
ꝓuocationi, ut ſi quis accuſat aliquẽ, quẽ ſuſpicat̃
cõmiſiſſe crimẽ, quod illi obiicit, debet iurare ſe ha-
bere iuſtam ſuſpicionẽ, ut ſi fuit uiſus ante hoſtiũ
furti; uel alloqui uxorẽ; & tunc dicit̃ iurare de ca-
lumnia sm̃ Paridem; Vbi uero ꝓuocator affirmat
de eſſentia rei, ueluti ſi dicat ꝓuocato; ꝙ cõmiſsit
furtũ, uel adulteriũ; debet iurare ueritatẽ ita eſſe; &
ſic iuramentũ erit ueritatis; uidet̃ tñ innuere Io.lig.

prouocatoré nõ iurare in crimine læſæ maieſtatis;
5. & in teſtibus cõtrariis,& in inueſtitura predii: + Diſ- Diſsi
ſentiunt uero prædicti ſcribentes,in iuraméto ꝓuo- dium
cati,quandoqdem Paris in d.§.in pugna ſcribat ꝙ doct.
reus de iure longobardo nõ iurat,tamẽ per conſt.
Regni Siciliæ debet iurare uterq; de calũnia,& iu-
rare etiã debent campiones,ſicq; generaliter uidet
locutus etiã in d.§.tertio in fi.dum inqt:debent nãq;
pugiles primũ iuraméta ſubire,ꝙ omni aſtu,& om-
ni abiecta calũnia,cauſas iuſte defendent,& nõ te-
mere in lite uerſabũtur; putantes fouere iuſtitiam;
Sed Io.lign. uidet cõcludere,ꝙ a reo nõ iuretur;
Iac.uero Hiſp.d.c.2.per dicta iura.C.de iura.cal. &
alia,tenet omnino nõ ſolũ actoré,ſed etiã reũ tenet,
iurare de calũnia;idq; uidet amplecti etiã Iul. Fer.
d.conſ.6.num.9.ubi generaliter loqtur;ꝙ Duellare
uolentes iurare tenẽtur de calũnia,more iudicioꝝ,
anteq̃ pugnent,in manu electi Iudicis per.l.iudices
6. .C.de iura.cal.+.In hoc articulo arbitror omnino
attẽdendã conſuetudiné militaré,ſi aliqua adeſt,ut
ſupra dictũ eſt cõcl.3.illa ceſſante,cũ recurrédũ ſit
ad iura,ꝓcipue ciuilia utſupra cõcl.14.teneo iurãdũ
eſſe,tam per reũ,q̃ per actoré;eo etiã fundamento; Cõ-
quia Duellũ redigitur inſtar iudicii cõtentioſi,& ar- tra
gumẽtari ſolét de Iuditiis ad Duellũ,utſupra cõcl. ali-
2. at in iudicio ciuili,iurat per utranq; parté, ſcilicet quos
per Actoré,& reum;ergo &c. Inſuper hoc maxime com
uidet concludendũ,ad æqualitaté ſeruãdam inter pro-
perduelles utſupra cõcl.8.& hæc opi.uidet a maiori batio

parte docto. ſecuta utſupra; more quoq; receptum
7. eſt, ut audio, iurari per utráq; partem. ✝ Illud uero utiq; obſeruádú eſt; ne perduelles, uerbis iniurioſis, animoue iracundo, aut cõuiciis, ad certamen prorumpere uideantur; Sed pro Fama, honore, & innocétia ſua tuenda, ut legitur ſæpe, ꝑſertim apud Iac. Hiſpa. cap. 7.

1. Prouocans súmo mane ingreditur campum, expectans ꝓuocatum uſq; ad ſolis occaſum.
2. Prouocans die ſtatuta nõ probás, amplius nõ auditur; dies uero eſt artificialis, integra.
3. Occaſus Solis, & apparitio ſtellarum idem ſunt.
4. Campum, nulli ingrediuntur niſi iudex, & patrini, & alias uictores.
5. Patrini qũo ſe habeant in inſtructione perduelliũ.

CONCLVSIO. XLV.

1. SVMMO mane prouocans, ✝, & ꝓuocatus ingrediuntur campú, ſeu locum certaminis; ſtatuta die, ibiq; ad prouocantem attinet expectare prouocatú, uſq; ad occaſum ſolis; & quáto ſerius ꝓuocator acceſſerit, tanto fit conditio eius deterior; quia in tépore ſtatuto
2. promiſit ſe ꝓbaturum, quod intendit, ✝ Vnde nõ probans amplius nõ auditur; nec datur noua dilatio, niſi adſit iuſtum impedimétú, ſicq; dies belli ſingularis, (niſi aliter ſit cõuentú) eſt integra dies arti-

ſitialis,nõ aũt.24.horarũ; ut diffinit longobarda,au-
ctor eſt Paris lib 3.in pci. &.§.ſtatuta circa fi. & in.§.
duo in ſingulari lib.8.ubi inqt,ꝙ ulterius nõ eſt pu
gnandũ,& per Iac. Hiſpa.lib.3.c.5.& Iul.Fer. cõſil.7.
& Alcia.c.41.ꝙ licet cæteri docto. ſenſerint perma-
nendũ eſſe in ſtadio,nõ ſolũ uſq; ad occaſum , ſed
etiã ad ſtellarũ apparitionẽ,tamen ſecundum eũ re
ceptior eſt ſentẽtia,ut ſimpliciter occaſus expecte-
3. tur. ✝. Ego equidem nõ uideo quõ occaſus ſolis,
ſtatim aliquarũ ſtellarũ apparitionẽ nõ inferat,ſicq; decla
nullum eſſe poſſe interuallum tẽporis,inter occasũ, ratio,
& apparitionẽ,exiſtimo,cũ occaſus ſolis,ſit abſen- addi
tia luminis ſolaris , unde interdiu , ſolis fulgore nõ cta
cernunť ſtellæ; cum æque die,ac noctu luceant; at doct.
ex defectibus ſolis luceant,aut appareant; ut apud
Pliniũ legitur lib.2.c.14. natu. hiſtoriæ,& in ſphera
in.c.de ortu & occaſu ſignoꝝ ,hoc idẽ elicitur. Pro
pterea ſiue occaſus,ſiue ſtellarum apparitio , expe
ctanda ſit; eſt idẽ ſentire,nõ diuerſum; Et omnino
ultra finem memorati diei artificialis,nõ uideť eſſe
pugnandũ utſupra . In hac cõcluſione notandnm
4. eſt,✝,ꝙ nullus pter Duellantes,Iudicẽ,& illoꝝ ma
giſtros (qui Patrini uocanť) debent campũ ingre-
di,ex more militari,ut inquit Io. Lign. in d.§.circa
ſeptimũ nu.8.& Iul. Fer. d.cõſil.6.num.10.& Hiſpa.
lib.3.cap.4.ubi addit; eos q uictores alias fuerunt ſin
gulari certamine,poſſe Hiſpano more.& ipſos cam
pũ ingredi; & ꝑpterea ſuperinde fiũt edicta , ſeu(ut
5. aiunt)Bãna per iudicem,ut alibi dicimus; ✝,Tales

aũt Patrini qũo ſe habeant in inſtructione perduel lium ſuorũ conſulendo, ꝓuidendo, ſatis notũ eſt; & ultra alios diſſerit Alci.c.40. ut breuiter aduocati of ficium ſuſcipere dicantur.

1. Impedimentũ ualetudinis, tempeſtatis, & ſimi. excu ſant nõ uenientẽ, niſi adſit culpa num.2.

3. Sexcentæ ſunt cauſæ, quibus quis excuſatur, ne iudicio ſiſtat.

4. Impeditis iuſta cã, reſtituit dies Duelli in pſtinũ.

5. Prouocans poteſt quærere alium campum; ſi iu dex primum reuocet ex cauſa.

CONCLVSIO. XLVI.

1. IMPEDIMENTVM ✠ uerò iuſtum ſuperueniens, ueluti ualetu dinis aduerſæ, uis tẽpeſtatis, & flumi nis, uel magiſtratus ꝓhibitio, ſine do lo malo ꝓhibiti, excuſationẽ habet, ſi quis nõ acceſſerit die ad Duellum cõſtituta l.2.§.ſi quis in iudicio, &.§.pcedenti.ff.ſi qs cautio. Bar.in l.3.§.ſi ad diẽ.ff.de re mili. ſequitur Pa ris lib.3.§.an ſi die. & in d.§.ſtatuta circa fi. Iac.Hiſpa.
2. cap.6.lib.4. & idem Paris in.§.poſt prædicta lib.x.✠. Euitare tamen debet pericula, quia ſi ſua culpa con tingeret impedimẽtum, ſibi imputandũ eſſet, ut ibi per eũ, & Alcia.c.28.q iuſtum impedimẽtũ accipit, ultra pdicta, ſi etiã in hoſtili, uel ſimili cauſa, qs re
3. tineatur. ✠. qꝙ ſexcentæ ſunt cauſæ in iure, quibus

quis,ne iudicio ſiſtat,excuſat,uel edicto p̃toris pro
pter iuſtam cauſam reſtituat,unde multo magis in
Duello excuſatio recipiēda eſt;niſi tamē quis im-
pedimentū procurauerit,ut etiā conſulunt Iul. Fer.
4. conſ.6.num.14.& conſ.7.num.3.qui tradit ✝ ex cau
ſa iuſti impedimēti per iudicē debere reſtitui diem
Duelli in priſtinū , ut ante eū dixit Paris d.§.ſtatuta
circa fi.ſic quoq; Alcia.d.c.41.ait ſe exiſtimare,tantū
tēporis eſſe reſtituendū ꝓuocatori,quantū illi abla-
tum ſit per ꝓuocatum ſero uenientē. Prædicta ta-
men uñr procedere in ꝓuocāte,æque ac in ꝓuocā
5. to,ut per Paridē in d.§.ſtatuta,circa fi.✝ Similiter ſi
iudex reuocauerit campū,aliqua ex cauſa,ob hoc
nō impeditur prouocans aliū quærere, nec libe-
ratur prouocatus,utſupra concl.42.

1. Prouocās die ſtatuta nō ꝓbans,ulterius nō audit.
2. Dilatio noua nō datur in Duello,limit. num.3.

CONCLVSIO. XLVII.

1. CESSANTE ✝ legitimo impe-
dimēto,ubi die aſſignata actor nō
ꝓbet gladio id quod iactauit,non
eſt ulterius audiendus, qa Duellū
eſt pugna unius diei , ſm̃ Lucā de
pēna.in.l.1.C.ut armo.uſ.quem ſe-
quit Paris in.§.an ſi ꝓuocās dū.lib.8.& Alci.d.c. 41.
2. ✝ Nam in pugna in qua habet unus alium ſupera-
re,nō dabitur noua dilatio , ſm̃ Bal. de pace ten.in

prin.col.6.num.21.arg.iurium,de qbus ibi per eum; ſequr & declarat Io.de ãna. in c.fi.col. pen. de cler. pugn. in duel. & paris d.§.an ſi ꝓuocans dũ.& tactum eſt ſupra,in p̃ced.45 concl. & tradit idẽ Paris
3. in.§.an ſi una die.lib.3.✝ hoc ꝓcedere niſi de conſenſu partium fiat ꝓrogatio:uel niſi cõuẽtum ſit,ꝙ tam diu pugnẽt inter eos,quoad unus eoꝝ eſſet uictus,uel mortuus,nam tunc altera die erit pugnandum,de qbus etiã per Paridẽ,& alios allegatos ſupra concl.45.& licet Io. lig. uideaẽ ſenſiſſe Duellũ, quod prima die nõ potuit terminari,poſſe ad ſequẽ
decla tem differri,tamẽ dictũ ſuũ debet intelligi sm̃ p̃miſ
raẽ Io. ſa,ut clare ſcribit Iac.Hiſpa.d.lib.3.c.5.
lig. 1. Prouocans tenetur primo percutere, uel eſt locus præuentioni num.2.

CONCLVSIO. XLVIII.

PERCVTERE primo ꝓuocãs, prælio cõmiſſo tenetur de iure; qa debet ꝓbare per pugnã id quod intendit; & primo porrigit libellum, poſt reus exceptiones ſuas,aũt. offeratur.C.de litis contes. &.l.qui prior.ff.de iudic.quæ adducit in arg. Paris in.§.qs debeat lib.1.& Io.lign.in d.§.circa ſeptimũ num.10.col.pen.
2. ✝ q tamẽ mutata opi. dicit,ꝙ hic nõ eſt ſeruandus ordo,ſed eſſe locũ præuentioni,uel etiã concurſui; & idcirco pau.lign. pronepos ſuus,inquit ſtandum

conſuetudini , quæ ſeruat opinionẽ ultimã proaui
ſui; prout ait uidiſſe ſeruari in cõtingentia facti,ſed
ante eos inqt Paris in d.§.quis debeat; conſuetudi-
ne nõ obſeruari ; ꝙ ꝓuocans primo percutere de-
beat , licet prouocatus ex conſilio ſoleat expectare
ꝓuocatorẽ inſultantem; ut iuſtificet,ſe uti inſultatũ
ad pugnã accedere ; quia ꝓuocatores uti deũ ten-
tantes,ſolent ſuccumbere,dei iudicio.

1. Prouocator debet cogere ꝓuocatũ ad confitendũ
obiecta,uel eum occidere ; alioquin nõ dicitur ui-
ctor; nec probaſſe; unde fit captiuus prouocati,per
ſententiam Iudicis num. 2. 3. 4. 9.

5. Finis cuiuſlibet ꝑlii eſt mors , aut diſdicta,uel con-
feſsio contraria,in armorum facta.

6. Mors potius q̃ disdicta,maior eſt honor , & magis
expetenda.

7. Disdicta omnis,mors ciuilis dicit̃.& æquiparant̃.

8 Prouocans in dubio dicit̃ ſuccumbere.

CONCLVSIO. XLVIIII.

1. PROVOCATOR. 4. ubi ſit
pugna,a tutta oltranza,uel ad om
nem offenſam (ut aiunt) tenet̃ en
ſe ꝓbare,id quod detulit cõtra reũ;
& ipſum aut occidere , aut cogere
confiteri uerũ eſſe , quod ꝓuocans
contra ipſum ꝓuocatum detulit; uel eſſe falſum,ꝙ
prouocatus erga ꝓuocantẽ dixit,aut fecit; nec ſuf-

ſicit ꝓuocanti ſi capiat ꝓuocatũ,ligetue(de quo tamen.ĩ.dicam concl. 96.) aut grauiter percutiat,uel ſi iſte ſe captiuũ reddat , niſi per pugnæ torturam, coactus ſit uoce ſua cõfiteri obiecta,uel(ut aiunt) ſe recredere,arg.l.qui ſentẽtiam.C.de pœnis; Aut a prouocante occidatur; & ubi talem confeſsionem ꝓuocator nõ extorqueat a prouocato,uel eũ occi-
2. dat,nõ dicitur ꝓbaſſe, ſed erit periurus, + quo caſu iudex pugnæ debebit pronũtiare contra ꝓuocatorẽ, eum captiuũ eſſe prouocati eo modo quo ꝓuocatus,deuictus,& confeſſus fuiſſet captiuus prouocantis,uictoris,arg.l.fi.C.de accuſatio. &.l.fi.C.de calũnia,cũ ſim.a quibus arguit Paris in.§.quidã accuſauit lib.9.ubi aſſignat rationẽ æqualitatis; qa iniuſtum foret,ut ipſe accuſator ꝓuocans ad pugnã, & nõ ſatisfaciens,eſſet impunitus; at reus facta probatione puniretᷓ arg.l.fi.C.de fruc. & lit. expen.& ad hoc allegat etiã cõuenire, conſtitutionem Federici editam in regno Siciliæ, Verũtamẽ ut ipſe inquit,
3. milites dicũt ſufficere, + ſi ꝓuocator ſupradicta nõ fecerit; qui ꝓuocatus abſoluatur; & ille ꝓuocans remaneat cum infamia, quæ tamẽ improbat; qa prouocans efficitur calũniator,& periurus; qui impunitus,nõ eſt relinquẽdus; & idem ſentit Paris in d.§. an ſi ꝓuocans dũ.lib.8.in hæc uerba(utſupra concl. 47.) ꝓuocator tenetur omnino ꝓuocatũ,ui armorũ facere ore ꝓprio(ut dicitᷓ)recredentẽ,uel ut confi-
4. teatur ſe culpabilem; aut eũ occidere, + ꝙ ſi neutrũ faciat,erit uictus,& prouocatus abſoluetᷓ; quãuis

& is ſubterfugiẽdo,(quod licet) tãtũ præcauerit,ne uinceretur in termino ſtatuto,argu.l.ut uim cũ ſim. .ff.de iuſti.& iu.idem etiã ſentit idem Paris in.§.pone ꝙ in duello,& in.§.pone ꝙ duo in fi.lib.8.&.§.quia finis lib.x.ubi ſecũdum eum,finis cuiuſlibet prelii,a
5. tutta oltranza,✝ eſt mors,uel diſdicta (ut dicitur) ore proprio,uel confeſsio contraria eius, pro quo pugna indicitur,ui armoꝝ facta,quã dicit eſſe ſummum uituperium in milite,ꝙq; maior honor cẽſetur mors cnm aliqua exiſtimatione,q̃ uita cum ea diſdicta,q̃ affert perpetuã infamiæ labẽ; & ꝑpterea eſſe in adagio apud armigeros,& nobiles curioſos
6. cõmemorat,✝,Mors potius quam,diſdicta; dicitur
7. & alibi per Paridẽ in.§.poſt hæc lib.x.✝,omnis diſdicta eſt & dicĩ mors ciuilis,& equiparantur mors, & diſdicta; ſimiliter præmiſſa inſequitur Io. de anna.in d.cap.fi.col.pen.de cleri.pug.in duel. & Alcia. d.cap.41.&.42.in fi.& Iul.fer. conſilio.7.ubi oſtendit Alcia.niſi ꝓuocator ſtatuta die uicerit pro uicto habendus eſt; nec tentanda amplius eſt fortuna, atq; finis eſt,ut aliter,uel pereat,uel ſe dedititiũ fateatur, licet quãdoq; quis ſuperior uideatur,& conſuetudo
8. declarat Jnl.fer.conſil.13.✝ ꝙ in dubio ꝓuocans dicitur ſuccumbere,qui nõ obtinet aperte,ex quo,ut promiſsit,nõ uicit inimicum,loquẽs de duobus eodem tẽpore mortuis,quoniã dubia probatio nõ releuat probantẽ,cap.in præſentia de ꝓbatio. & refert
9. Paridem in.§.an ſi duo pugnabant; lib.8.✝ inde aſſerit ꝙ uictus ille eſt, & dicitur,qui intra campum

eſt interfectus,aut ſe uictum cõfeſſus;at uictor qui uiuus exit campũ,uicto mortuo,uel ſe uictũ ſponte confeſſo , aut capto,uel ſe ſponte dedito pro captiuo;& præmiſsis conueniunt adducta per Hiſpa. cap.x.&.xi.lib.4.diſdicta uero de qua hic tactum eſt, qualis eſſe debeat,clareq; concepta , tacita , uel expreſſa,ita ut uictori ſatisfiat,dicimus dict.concl. 96.

PARS TERTIA.

DE PROVOCATO SEV REO.

1. Prouocatus quis dicatur;
2. Prouocari ad iniuriam,quomodo quis dicatur.
3. Prouocati querelam nemo aſsũmit,,ubi is ſit habilis,licet ſint conſanguinei uel ſimiles.
4. Prouocatus nõ poteſt dicere prouocanti , probes per teſtes.

COnſentaneũ æque uidet̃,ſupponere ,ꝓuocati,ſeu rei partes,qualiſq; is ſit;quoue modo ſe habeat,excipiẽdo,propulſando obiecta,tuendoq; exiſtimationẽ ſuam,& dignitatem, demonſtrãdum eſt ; Verum hæc; aliqua , nõ inutili,aut inepta,breui tamen,præmiſſorum quandoq; repetitione;ut pote in actore , & reo,correlatiuis,in quibus eadem adeſt diſciplina, uerſaturis,uentulanda ſunt.

CONCLVSIO. L.

1. PROVOCATVS ✝ cenſetur, & dicitur ille, ꝙ quãdoq; ad iniuriã prouocatur, quãdoq; ad certamen; ſeu iudiciũ Duelli, interpellatur; ut ſupra concl. 21. ubi idem dicit in errabũdo Armillato, deferẽte (ut aiũt)
2. impreſias; ut ſcilicet prouocatus appelletur; ✝ Prouocari autẽ dicitur quis ad iniuriam, his omnibus modis, quibus uerbis, aut factis offendit; eiuſq; grauatur opinio; uel etiã ſi ex perſona aliorꝫ ſuorum; nõ tantũ ex ſua læditur, ut late enarratũ eſt in ſupe-
3. rioribus concl. 17. ✝ Pro ꝓuocatis tamẽ nõ licet aſſũmere querelam, etiã ſi eſſent conſanguinei, ſeu ſimiles; niſi prouocati ſiue inhabiles utſupra cõcl. 32. & 33. Atq; ſi is ꝓuocatus indictum duellũ, admittet, pugnæ iudicio erit obnoxius ſimul cum ꝓuocãte; ſi recuſauerit, uel tacuerit, cõtra eum ꝓceditur utſu-
4. pra concl. 25. Nec.n. poteſt dicere ꝓuocanti ✝ probes per teſtes ad euitandam pugnã, quã cogitur ſuſcipere in caſibus ꝑmiſsis; ne infamis notatus remaneat ut d. concl. 25. dum tamẽ cõtra prouocatũ ſint indicia, & ſit ſuſpectus de eo, quod contra eũ impingitur, utſupra concl. 22.

1. Duellũ in quot caſibus permiſsũ, iure lõgobardorꝫ,
2. Duellũ in regno Siciliæ in duob⁹ tm̃ caſib⁹ ꝑmiſsũ.
3. Duellum ex conſuetudine Italiæ, & gallorꝫ, permittitur, ubicunq; Iudici æquũ, & iuſtum uidebitur, ex

maxima cauſa. & nu. 5. 6. 8. exoletis. ll. longobard.
Immo aliter galli obſeruant num. 4
longobardorum leges pro argumentis proſunt, ſub nu. 3.
7. Honore ſuo priuari quiſque pergrauiter fert; & perferre iniurias, & ſuos negligere ſeruile eſt.
9. Ludi ex more ciuitatum impuniti.

CONCLVSIO. LI.

MVLTI autẽ ſunt caſus, in quibus Duellũ permittitur, ex quarundam gentiũ moribus, ſeu de facto, quãuis omni iure prohibitum ſit, ut in principio diximus; ſicque prouocatus in illis pugnã ſuſcipiet; Iure longobardorum, teſte paride in. §. de iure lib. 6. & Alcia. c. 4. & Iac. hiſpan. lib. 2. cap. 4. & 5. & Io. ligna. in. §. circa quartum, & in. §. circa quintũ, & Laur. calca. cõſil. 2 col. 12. & ante eos Bal. in. ll. de pace ten. in prin. &
1. Iul. Ferre. cõſil. 6. num. 4. + exprimẽte uiginti quatuor cauſas, licet eas nõ enumeret permiſsi Duelli; Qui caſus infraſcripti sũt; uidelicet, in crimine læſæ maieſtatis; in homicidio patrato intra tẽpus treuguæ. & in abſcõſo, in parricidio cõmiſſo cauſa hæreditatis adipiſcendæ; in nece mariti per uxorẽ procurata. ſiue conſultata; de furto a ſeruo cõmiſſo, ſi dominus neget ſeruũ, qui fugit. feciſſe furtũ; Si aliqs dixerit mulieri, quod ſit fornicaria, uel adultera; ita demum, ſi actor dicat; ego ſum paratus probare,

alioquin ſi negat,ꝙ per furorē dixerit,illud negabit cum duodecim ſacramentalibus; de re inficiata, & tunc poſt ſacramētum rei; ꝙ nō ſit fur, uel collega furis,dicat actor illum deieraſſe & illum furtū commiſiſſe; Si quis cōuenitur ꝙ malo animo, & ordine,rem mobilem,uel ĩmobilem poſsidet infra triginta ānos; Si teſtes ſint contrarii ab utraq; parte, ſecus ſi ab una tantū; nam pugna habet locū,quando omnia ſunt paria,q̃ ceſſat ſi teſtes unius partis, ueriſimiliora dicant; quia iudex tunc eſt certus, qd facere debeat; Permittitur etiā pugna de debito paterno contra filium; quod intelligunt aliqui in tali debito,de quo pater tenebatur pugnare,ut puta in furto,incendio,& depoſito:Si debitor negat debitū creditori; De adulterio,ſi maritus dicat uxorē ſuā adulteram; Si aliquis maritus ſuſpicatur,ꝙ aliquis ſit turpiter uerſatus cū uxore ſua, eam turpiter tangendo; de periurio ſciēter facto,pro quacunq; cauſa cōmiſſum ſit periuriū; licet ex illa cauſa pugna nō poſſit imponi; de inſtrumēto prediorꝫ falſo,ſiue ab una parte, ſiue a duabus partibus ꝓferantur inſtrumēta; & etiā ſi dicatur inſtrumētū eccleſiæ falſum:De inueſtitura predii,ſi quis ſe primo inueſtitū dixerit,& expulſum de poſſeſsione; & aliud idē aſſeueret,& nō conſtet,quis potior ſit in poſſeſsione; De depoſito negato a depoſitario,tribus cōcurrentibus; ut ipſe deponat,uel nūtius eius,& negeť,neq; minus uiginti ſolidis cenſeatur; De ui compulſiua, expulſiua, inquietatiua; & turbatiua; ſit poſtremo

Duellum,ſi eccleſia contra eccleſiam, uel eccleſia contra priuatũ habet controuerſiam,& in his omnibus caſibus promulgatæ ſunt leges longobardorũ; quas ſigillatim adducunt recitati ſcribentes,ꝑſertim
2. Paris in d.§.de iure,✝ Secundũ uero cõſtitutiones Regni Siciliæ,Duellũ permittitur tantũ in duobus caſibus; Scilicet in crimine læſæ maieſtatis,& in homicidio,ſiue morte abſconſa,ut in eoꝝ conſt. Monomachiam; uideturq; Paris in.§.Duellũ ſiue pugna lib.6.& Hiſpa.lib.2.cap.3.ſentire,ꝙ etiã in regno Neapolitano illa cõſtitutio obſeruetur: Cæterũ eo
3. dem Paride auctore,ex conſuetudine ✝ Italiæ, & Galloꝝ; Duellum permittiť ubicunq; iudici æquũ, & iuſtum uidebitur cũ conſilio ꝓcerum,& cõmilitonũ; & ita inquit hodie obſeruari Hiſpa.d.lib.ca.4. &.5.adeo ut hodie in uſu nõ habeantur leges longobardoꝝ,ut inf.concl.68.quæ tamẽ pro argumẽtis ꝓdeſſe poſſent; id totũ tamen relinquatur arbitrio iudicis,& domini concedẽtis Duellũ,conſideratis qualitatibus perſonarũ, & genere infamiæ, & rei de qua agitur; & tẽpore,& loco; Exprimit tamẽ aliqua exẽpla,de quibus ante eũ per Paridem in.§. Duella libr.6.ueluti in cauſa ardua, & maxima,& ubi agitur de magno ſcandalo,& infamia; in cauſa ꝓditionis,fidei defectionis; in cauſa amici debilis,& pro quacunq; perſona indefenſa,quod generaliter dictum,ultimo loco nõ credo uerum,niſi ꝓut ſupra declaratũ eſt concl.32. cum ſequen. Aduertendum
4. tamen eſt ✝ quia apud gallos aliter obſeruari tra-

Declaratio.

dit Ias. conſil. 144.col.4.uol.2. & Alci. d.cap.4.& nõ niſi ex Philippi pulchri conſtitutione deueniri poſſe ad ſingulare certamen; ſcilicet in caſu, quo aliqs, occulti criminis, capitaliſq; reus ſit, atq; ita de eo cõſtet, ut quæſtioni ſubiici poſsit, condẽnari nõ poſſit; at ſi temere alius alium ꝓuocauerit, male mulctatur; & ꝓpterea Paridis dictum in gallis nõ ꝓcedit: ✠ At qui Marti.meus laudenſis in tracta.de bello.q.10.inquit licitum nõ eſſe Duellũ, niſi cum cauſa cõcedatur a principe; & Antonius corſetus de potes.regia.q.67.& Alcia.in c.7.& d.cõſil.car.2.dicit, ✠ Duellũ ex maxima cauſa, & pro cõſeruatione honoris concedit̃ de conſuetudine, & Iul. Fer. cõſil. 3. & cõſil.xi.idẽ ante eos per Bal.& Ias.in.l.ex hoc iure num.31.ff.de iuſti.& iu.& d.cõſil.144.col.3.& Soci num iuniorẽ conſil.123. num.12.uol.2. Nam ex ſententia Philoſophi œconomico cap.2.lib.2. ✠.pergrauiter fert unuſquiſq; honore ſuo priuari; & perferre iniurias, & ſuos negligere ſeruile eſt, eodẽ auctore ethico.4.cap.5. Concedit̃ tamen quandoq; pugna, ſeu Pãcratiũ, ex alia cauſa, q̃ ratione iniuriæ, & ſeu dignitatis conſeruandæ; quæ minus ꝓprie Duellũ appellatur, ✠, ſcilicet cauſa publicæ lætitiæ, & principis; & gratia gloriæ, & uirtutis ſecũdum Paridem in.§.permittit̃ lib.6.&.§.pone ꝙ ex ꝯſuetudine lib.8. per tex.in.l.qua actione.§.ſi qs in colluctatione.ff.ad .l.agli..l.1.§.beſtias.ff.de poſtul.cap.1.de tornea. cum ſim. per Alcia.cap.3.ubi tradit, ꝙ quotiens ✠ moribus ciuiũ ludus aliquis in urbe admiſſus eſt, ut pu-

Cõtra rietas doct.

5.
6.
7.
8.
9.

gnorꝶ Senis,lapidũ Bononiæ;perticarũ laudæ Põpeiæ,patria mea,ſi qs occiſus fuerit,nullus ſit pœnæ locus;ut ante eum conſuluiſſe refert decium conſil.9.col.pen.& fi.

1. Prouocati perſonam,potiuſq̃ ꝓuocãtis,quiſqꝫ agere debet.
2. Prouocãtis conditio in quibuſdam deterior.

CONCLVSIO. LII.

1. PROVOCATI quiſquis,✝ potiuſq̃ ꝓuocãtis perſonã,ut potis eſt, agere debet,præcauereqꝫ ne requiſitor fiat, ſeu prouocator: Paris in.§. Duellũ dicitur duarum,&.§.cũ plerunqꝫ in prin.lib.1.per doctri. Bal. in .l.1.ff.de edili.actio. Iul.Fer.conſil. xii.num.2.quod & frequenter apud milites ſecũdum eũ iactatur;& recte; Nam ut tradit Alciatus in cap.6.licet æqualitas
2. inter pugnatores ſeruanda ſit;✝ quibuſdam tamẽ caſibus ꝓuocatoris conditio deterior eſt;cum in re dubia aduerſus eum ꝓnuntiandum ſit,nam nõ dicitur ꝓbaſſe,niſi uicerit;Prouocato ſatis eſt ſe tueri; Ille deum tẽtare uidetur;is uero quodã defenſionis colore obtegitur; habetqꝫ electionẽ armoꝶ,nõ mediocre ad uictoriam concupiendum argumentum: Milites.n.dicunt deum eſſe propitium prouocato,ut ſupra concluſione.6.

1. Prouocato cõpetunt quãdoqꝫ plures exceptiones.

2. Exceptiones aliæ dilatoriæ, aliæ peremptoriæ.

CONCLVSIO. LIII.

PROVOCATO tametſi dixerimus ab eo in caſibus permiſsis, ſuſcipiendũ Duellum; & prouocantẽ quemlibet admittẽdum, qui nõ ſit
1. ꝓhibitus, ut ſupra concl. 21, ✝. quãdoq; competunt tamẽ plures exceptiones; quamq̃ alias unica tantũ ſufficiat exceptio, ubi ita appellari poſsit; cũ rectius totius Duelli euerſio nũcuparetur; ex quo omni iure ſed maxime diuino, & ꝓuocans, & prouocatus, & Iudices, prohibeantur inire, & conſentire in monomachiam, ſiue ſingulare certamen, ut ſcriptũ eſt ſup. in prin. Verũ hac circumſcripta, & ex conſuetudine, ſeu de facto, omiſſa; aliæ exceptiones reo competituræ, poſſunt,
2. & recte cõſiderari, aut dilatoriæ; ✝ aut perẽptoriæ; ut illæ ſcilicet differant cauſam, nõ tamen perimãt negotium principale; Hæ autẽ in totum perimãt ius agentis, & negotiũ principale: ut paſsim habẽt per docto. præſertim per Io. Pe. fer. in for. reſpo. rei quen. in uer. ſaluis aliis, & per Lafrã. in trac. de except. in prin. col. 1. Capiendo igitur primo dilatorias; excipit in his reus diuerſimode, uel a tempore; uel a loco; uel a Iudice; uel ab actione & libello; uel a perſona; uel ab Impedimento.

1. Prouocatus diebus feſtis recte excipit contra Duel-

lum, & recuſat.

CONCLVSIO. LIIII.

1. A TEMPORE fit exceptio, ſi reus cōueniret ✝ ad præliū in diebus feſtis, quia tunc licite recuſatur cap.1.de treuga & pace, Paris lib.1. .§. Duellū dicitur iniuſtum in prin. Alci. cap. 17. circa prin. Iac. Hiſpa. cap.5.in prin. Iul. fer.conſil.7.num.2.

1. Prouocatus excipit contra locum nō tutum,& ſacrū, & cōtra ſuſpectum Iudicē,& nolētē iudicare.
2. Prouocatus poteſt recuſare ꝓuocationem illegitimam ſine Iudice,ſine teſtibus, in occulto loco, q aliter alla machia appellat,& tēpore incōgruo factā.
3. Duellantes ſine ſuperioris autoritate poſsēt puniri.
4. Duellum nō poteſt iudicari per arbitrum,nec partium cōuentione fieri.

CONCLVSIO. LV.

1. EXCIPITVR ✝ a loco,& Iudice,ubi tutus nō ſit locus, ſuſpectusq; dicitur Iudex,ut ſcripſimus ſupra cōcluſione.24.&.42. Et pariter,ubi Iudex nollet iudicare ſuper deductis, & condemnare inde,& abſoluere partes pro iuſtitia,utſupra concl.43.&.I.concl. 90.91.&.94. nam ut ibi di

citur,iudicandi munus neceſſarium eſt;licet aliqui principes cōcedere campum tutū ſoliti ſint. Iudicandi autē onus recuſent, Sed aut & campū,& Iudicium,deberent cōcedere,aut neutrū,uel excipitur ubi locus certaminis eſſet ſacer,ut ſupra cōcl.45. uel
2. ꝓhibeatur ut in cōcl.91.✝ Vnde ſi quis interpellaretur,ut ſæpe fit,ad ſingulare certamen,ſine legitima requiſitione & ſine auctoritate ſuperioris,q Iudex futurus ſit,& ſine teſtibus,fere in occulto loco (quē aliqui appellant la machia) & tēpore incongruo,cum pugna ſit experimentū ueritatis,quæ nō
3. poſſet eo pacto eluceſcere,& iudicari ,✝ & ulterius punirētur pugnantes abſq; ſuperiore,ex quo homicidium quādoq; ſequitur,uel ſequi poteſt,cū uel.l.
4. uel per principem,& ſuperiorē indicatur bellum,✝ quod etiā per arbitrum nō poteſt iudicari.l.quibuſcunq;.quali.quis ſe def. debe.in longobard.nec per partiū cōuētiones fieri;& factis quis nō cogitur ſtare,ut per Pandē etiā in.§.pugna debet lib.xi.qui ſic quoq; de ſtilo,& cōſuetudine atteſtatur obſeruari, & cū hac exceptione uidetur ſentire Alcia. cap.17.& cap.14.& tangitur ſupra cōcl.4 unde profecto recte reſpondebitur ꝓuocanti,quod rectius agat;apteq; repellit;per ea q̄ etiā dicta ſunt ſupra cōcl.24.quod paſsim obſeruatur,inter militares,& nobiles uiros.
5. Cartula ſiue libellus prouocantis generalis,uel incerta,aut conditionalis.

CONCLVSIO. LVI.

OPPONITVR quoq; cõtra libellũ,
1. ſeu cartulã prouocantis; exceptio qa ✝ ſit generalis, uel incerta, aut cõditionalis; cum inepta cenſeri, & negligi abſq; dedecore poſsit; & reſponderi per prouocatum, ꝙ nõ recte, nec more militum actum ſit, cum recte actum fuerit, ſe reſponſurũ eſſe, ut tactum eſt ſupra cõclu. 17. & 23. & tradit Alcia. cap. 5. & eo cõſil. ſuo car. ult. per tex. in l. 1. ff. de eden. & glo. in l. 1. §. 1. ff. ſi mens. fal. mo. dixe, Paul. de caſt. in l. ſi quis intentione. ff. de iudiciis: & Soci. junior. conſil. 123 num. 29. uol. 2. & ita de cõſuetudine obſeruatur; licet Decius conſil. 487. num. 6. uideatur dicere; ꝙ poteſt alicui dici, tu mẽtiris, quotiens dixiſti tale quid; & talis dicitur recte mentitus; ſi reperiatur tale quid dixiſſe; & per cõſequens ſi ſit uerificata conditio; idẽ tenet Soci. iunior. conſil. 123. uol. 2. num. 31. & 32.

1. Legitimatio perſonæ requiritur in quocunq; iudicio, etiam sũmario.
2. Exceptio tua nõ intereſt, repellit quem a Duello.
3. Principales ex perſona ſua pugnare debent.

CONCLVSIO. LVIII.

A PERSONA ſimiliter ſit exceptio,
1. ut quãdoq; prouocatio declinet, ✝, nã perſonæ legitimatio, in quocũq; iudicio quãtumcũq; sũmario requiritur; glo. in l. 2. C. de edic. diui adri. tol. l. momẽtaneæ. C. qui legi.

2. perſo.Ias.in rub.C.qui admit.co.1.&.2. ✝,& ideo ille cuius nō intereſt,reiicit a Duello; obiicię illud poteſt; q̄tum ad te pertinet liberas ædes habeo.l.loci .ff.ſi ſerui.uendi.ut tradit Alcia.cap.8.& ante eū Paris
3. in.§.quidā,lib.x.& dictum eſt ſupra.33. cōclu. ✝ Principales.n.ex perſona ſua pugnare debēt utſupra cōcl.32. quod tamē declarat ꝓcedere regulariter; excipiunt tamen caſus,quādo quis poteſt pro alio pugnare,ut in d.concl.33.cum ſequentibus.
1. Querelæ primæ ſunt primo decidendæ; ideo excipitur cōtra ſecūdo ꝓuocantē alium; eadē exceptio militat cōtra ꝓuocatum prouocantē tertiū,& ꝓuocanti & ꝓuocato,ubi extrinſecus ꝓuocētur num.2.

CONCLVSIO. LVIII.

OBIICITVR pariter exceptio ſimilis,illi; qui iam alium ad certamen prouocauerat; & interim anteq̄ dies uenerit,me quoq; ad pugnā laceſſiuerit; ut ſcilicet dicit inhabilis donec priori que
1. rele impoſitus ſit finis, ✝ cum primæ querelæ ſint primo decidendæ; & ſic legitimatio perſonæ exquiritur,ut pluribus aliis argumētis cōcludit Paris lib.3. .C.miles.At Alcia.cap.21.& Iul. Fer.conſil.xi. magis more militari hæc introducta inquiūt; q̄ ꝙ legibus probari poſſint; Eandem exceptionē,eiſdem ratio- Am-
nibus cōtra iam ꝓuocatum,ꝓuocantem tertiū; nec plia-
nō & ꝓuocanti,&ꝓuocato cōuenire,nō ambigerē, tio.

ubi aliquis eorum ad Duellú prouocaret extrinſecus ab altero, poſt conditionẽ belli iam inter illos prius admiſſam, licet docto, quod uidet, nõ tangant.

1. Campio poteſt dari in caſibus quibuſdam.

CONCLVSIO. LVIIII.

1. EX PERSONA itidem ſua prouocatus excipere qnãdoq; poteſt; ut transferatur ab eo certamen, ſubiiciaturq; qui dicit Campio; ut ſi ſit ſexagenarius; aut minor; aut mulier; aut infirmus; aut dignior; nobiliorue, & aliis caſibus, utſupra conclu.34.cum ſeq. uſq; ad.40.

1: Claudus, uel cocles, uel alio debilitatus membro, excipit pro æqualitate num. 2:

3. Debilitati membris, an poſsint dare campionẽ:

CONCLVSIO. LX.

ALIO modo ex perſona ſua excipit ꝓuocatus, ad æqualitaté ſeruádá in certamine; ut ſcilicet ſi ꝓuocatus pedeſtris ſit militiæ; ꝓuocator equeſtris, cogatur is pedeſter, & ecõuerſo pugnare; cõueniunt tamen hæc magis in eo caſu quo defendentis eſt electio; quod in electione armorú dicendum erit; ut infra cõclu.84.in fi. Hic il-
1. lud quadrabit ✠ quod & cõclu.8.tactum eſt, ſi pro-

rocatus, claudus, uel oculo confoſſus eſt, uel alio mancus, debilitatusue membro, debebit ꝓuocans & ipſe pede claudicare, ſeu cocles fieri, in eaq; parte ſui aduerſarii debilitari; nō tamē ut ſibi eruat oculus (ut quidā dixerunt) cum ſufficiat ſi oculū obduxerit, cooperueritq;, adeo ut luminis nihil penitus percipiat, ſicq; & in reliquis mēbris ſe gerat, extra tamē omnē offenſam, ut tradit Paris in. §. qui alteri lib. 1. & Io. de anna. in cap. fi. de cleri. pugnam. in duel. & ante eos Bal. in cap. 1. de pace ten. col. pen. & bn'bit. Iac. Hiſpa. lib. 4. cap. 1. in prin. ubi inquit ſe putare cōtra
2. + ꝙ hodie nō ſeruentur hæc in Italia; de quo du Hiſbito, imo aliter credo; nam & ſecundū prædicta cō pa. ſuluit Iul. Fer. conſil. 5. num. 2. & Alcia. tenet in ca. 29 illud addens, & recte (at opinor) ſi ꝓuocator, captus oculo ſit, aliterq; mancus, & nō integer, ſibi imputet, qui ualidū impetiuerit, Non omitto tamen hoc loco cōmemorare, male ſenſiſſe Hiſpa. d. cap. 1. Contra Iul. Fer. & Hiſpa.
3. in prin. & fer. cōſil. 5. + dum præſupponūt in talibus debilitatis poſſe dari ſubſtitutum; quia cōis eſt opinio, ꝙ tantum in caſibus a iure expreſsis poteſt dari campio, utſupra cōclu. 32. nec hic caſus in iure exprimitur, & nō uidet̃ obſtare ꝙ quilibet impeditus impedimēto perſonali poſsit dare campionē, utſupra cōclu. 37. qa illud uidet̃ ꝓcedere in impedimēto totius perſonæ, uerbi gratia, in infirmitate, ut ibi, nō minimæ partis, ut hic.

1. Prouocatus ꝓhibitus a ſuperiore, ne rñdeat ꝓuocanti, excuſat̃; num. 3. niſi ꝓhibitio ſit ꝓcurata, nu. 4.

4. Officialis, durante officio, nõ trahitur ad iudiciũ.

CONCLVSIO. LXI.

OB IMPEDIMENTVM ſuperueniens dari excuſationẽ, ubi perduellis in arenã nõ deſcẽdent die præfixo, diximus ſupra cõcl.46. præſertim in impedito per ſuperiorẽ; eadem hic repeti poſſunt, ex quo illa admiſſo iam Duello ꝓcedunt;
1. ut etiã locum habeat exceptio dilatoria, ✝ quãdo ꝓuocatus ſubditus, imperio ſui ſuperioris obtemperans; ꝓhibetur ne reſpondeat ꝓuocanti; quia in ſecunda epiſtola Petri, ſcriptũ eſt; ſubiecti eſtote omni creaturæ ꝓpter deum, ſiue Regi quaſi præeccellenti, ſiue ducibus tamq̃ ab eo miſsis; deum timete, Regem honorificate, ſeruiq; ſubditi eſtote in omni timore dominis, nõ tantũ bonis, & modeſtis, ſed etiã diſcolis, facit tex. in c. ſolitæ de maio. & obed. ſecundũ Paridẽ in. §. an ſi ꝓuocatus, lib.6. quod tamẽ de-
2. clarat, ✝, niſi talis exceptio ſit ꝓcurata, uel ficta arg. tex. in. l. omne delictũ. §. exploratores, uers. ſed calliga
3. tus. ff. de re milit. ✝. Hæcq; itidẽ militãt in eis, qui ab imperatore, uel duce exercitus, dum ſub eoꝝ ſignis ſunt, uetantur, interpellati reſpondere; nõ. n. eoꝝ iuſſu ꝓdentur in certamen, ut per plura tenet Paris in. §. an armigeri lib.6. Alcia. ca.27. & Iac. Hiſpa. lib.4. cap.9. & Iul. fer. conſil.16. num.1. alias uniuerſaliter teneri crimine læſæ maieſtatis; ut per eos, arg. l. 1. in fi.

diſtinctio, ultra Pari. & Alciatū.

2. cõſil.22.&.23.✝.poſsint ſe inuicẽ ꝓuocare; quo caſu dicẽdũ opinor; ſi eſt contẽtio de regno, ſeu imperio, & ſic de bonis, tunc nõ admittatur pugna, niſi forſan ad euitanda maiora mala, & ne Imperiũ, uel Regnũ diſsipetur, & utſupra cõclu.68.ſcriptum eſt; Si uero (quod nõ tangunt Paris, & Alcia) oriretur contẽtio ſuper aliqua iniuria hincinde illata; & ſic quæſtio eſſet perſonalis, ubi aliter nõ ſit inæqualitas inter eos, exiſtimarẽ, certamen nõ poſſe recuſari; uidentur.n.in eadẽ dignitate cõſtituti tales electi, propterea nõ militat illa cõcluſio, qua habet; nõ licere minori ꝓuocanti maiorẽ, aſcẽdere; ſicq; ꝙ æqualitas ſit ſeruanda, ut abunde concl.76.diximus; nã inæqualitas nõ poteſt inter electos in eadẽ dignitate cõtingere; Secundo diſtinguẽdum eſt, & aduertendũ; An Imperator ab aliquo Rege (quiſqs is fuerit, oẽs.n.ſunt dignitate inferiores Imperatori,
3. utſupra ꝓxi. concl.) poſsit.✝.ad ſingulare certamẽ euocari; & ꝓculdubio, nõ poſſe crediderim, militat .n.hoc caſu argumentũ imparitatis; quia nõ liceat minori ꝓuocanti maiorẽ aſcẽdere utſupra, licet Paris in d.§.pone lib.7.per multa cõtrariũ concludat, quãdo eſt cõtẽtio ſuper aliquo Regno, & cauſa nõ tangat Imperium, & talis Rex nõ recognoſcat Imperatorẽ, quẽ ſequitur Alci.d.cap.34.Sed argumẽta ipſorũ nõ ſubſiſtunt; & in primis an ratione ambiguitatis regni admittat pugna ſupra cõcl.ꝓx. & 68. demonſtratum eſt; ubi quæſtio ſit de bonis, ceſſare dẽ pugnã. Nec refragatur, ſiquis dixerit ideo prelium

Contra Pari. & Alci.

cõcedendũ eſſe,quia talis Rex nõ recognoſcat Imperatorẽ, nã hoc etiã ſuppoſito; nõ ꝑpterea infert, ꝙ eiuſdẽ ſit dignitatis & exiſtimationis Rex,cuius eſt Imperator,ut ꝑx.concl.dictũ eſt; & fatet ipſemet Paris in d.§.pone.per multa,& præſertim,quia imperator præſidet omnibus,præter deũ; & debet poſſidere uniuerſam terrã,quæ uidet aſcendentẽ,& deſcendentẽ ſolem; §.1.in autẽ ut om.ob.iu.pro.& ali-

4. bi latius dixi:✠ Sed ulterius nullus eſt Rex,aut princeps,q faſtigiũ Imperatoris poſsit æquare,aut præſcribere, & eximere ſe a iugo, & ſubiectione eius; qũocunq; merũ imperiũ,& reſeruata Principi præſcriberentur; ut in hoc cõmunẽ opi. atteſtat Soci. conſil. 275.num.5.uol.2.de quibus abunde ſcripſi ſupra in.§.primo,in uers.orbem; & tradit glo.1.de pa-

5. ce iur.fit.✠.ꝙ Reges Frãciæ,& alii ultramõtani,ſunt ſub Romano Imperio,licet ſacramẽto nõ ſint ſubditi; & in hæc uerba inquit Bal.in.l.1.ff.de offi. ꝑfec: præ:truffa eſt aliter ſentire:poſſet tamẽ forſan limi-

6. tari hæc concluſio; ut ✠ Imperator poſsit a Rege prouocari in crimine hæreſis; Simoniæ; & Sacrilegii; quæ ſunt grauia,& per quæ deponit Imperator; utſupra.§.ſecũdo notauimus.q.5. Item quãdo Rex ſuam uel ſuoꝝ iniuriã ꝑſequeretur,de quibus ſupra fitſermo cõ.74.&.75.&.76.qa in delictis quaſi contrahit ut ibi dicit per.l.1.§.beſtias.ff.de poſtul. & per Pari.d.§.nobilis,p cauſa lib.7.cogita tñ ſupra hoc ultimo quia nõ fit extenſio in hoc materia utſupra concl.9.& conclu.74.num. 6.

Cogitãdũ.

1. Reges,a Regibus,licet nō coronatis prouocati,pugnare debent,lim.num. 2.
3. Corona nō auget dignitatem.
4. Reges,ꝓuocati a principibus,Ducibus &c.excipiūt, ne pugnent lim. num. 6.
4. Principes ſubalterni poſſunt prouocari a Ducibus, licet uideantur digniores.

CONCLVSIO. LXXVIIII.

1. INTER Reges utiq; + pugnā ſingularem admittendā,nullus uidet du bitare;pares.n.ſunt dignitate;cū illuſtres omnes dicant utſupra,concl. 77. quod uidet tenere Iul. Fer. conſil .18. ſed addit hoc tamē nō ꝓcedere;ſi Reges recognoſcant ſuperiorem;ut puta Imperatorē,
2. uel Papam,quæ +.credo uere dicta,ſi modo tales Reges ſubeſſent ſtipendiis , & in Fidelitate;& obedientia dictoꝝ ſuperioꝝ aſtricti ſunt,utſupra cōcl.31. Dubitari tamē conſueuit an Rex nō coronatus re- decla cuſari poſsit a Rege coronato;quæ quæſtio deci- ratur ſa fuit,cū de facto cōtingeret inter Renatū Andega- Iul. uenſem,corona inſignitū;& Alphonſum illa nō re Ferdimitum;de Regno Siciliæ,contētio;ut ſcilicet ea retus exceptio nō prodeſſet;ut per Paridē in.§.qm̄ ſupra
3. lib.7.ſequit Alcia.d.cap.334. +.Corona.n.ſecundum eos ibi nō auget dignitatē arg.c.cū ſis,de uſu pal. & de priuileg.c.antiqua. cc,med. Super Regno tamē,

& ſic ubi de bonis agiẽ, pugnã inter Reges ꝓhibitã
4. eſſe arbitror; utſupra cõcl.ꝑx.&.68.✝.Regibus autẽ ꝓuocatis a Principibus, Ducibus, uel Marchionibus,& Comitibus, qui dignitate ſunt inferiores, utſupra ꝑx.q. cõuenire exceptionẽ, ut recuſare poſſint certamen, nõ uideẽ dubitandũ, ut ĩnuũt. Paris & Alciat.dictis locis; & militat obiectio imparitatis in omnibus, de quo ſupra, ut maior in dignitate ꝓuocari nõ poſsit, cæteris paribus, ſecũdum ſupradictos, præſertim Alcia.d.cap.33.&.34. qui inquit, cum iure noſtro diffinitũ ſit, quibus qſque dignitatũ gradibus emineat; ex ꝓdicta diſtinctione, pugna decidenda erit; Vnde per prædicta uideẽ ſimiliter determinari quæſtio poſita per Paridẽ in.§.an principes
5. ſubditi lib.7.✝.ꝙ principes ſubalterni poſſunt ꝓuocari a Ducibus; quia ſunt in eadem dignitate cum Ducibus; licet ut ipſe tradit, principes uideanẽ aliquantulũ digniores reſpectu nominis; cum teneant primũ locũ iuxta regẽ, uel Imperatorẽ; Cenſerem tamẽ in prædictis omnibus limitationẽ illam ꝓcedere, de qua ſæpius locuti ſumus; ſcilicet ut tunc nõ poſsit aliquis prædictoꝝ ꝓuocatus per inferiorẽ in
6. dignitate poſitũ, euitare pugnã ſingularẽ, ✝.quãdo quis ꝓuocans ꝓſequereẽ ſuã, uel ſuoꝝ iniuriã, & ita opinor uoluiſſe intelligere caſum ſuũ Paridẽ in.§. an comes in fi.lib.7.ubi quærit an comes poſsit prouocare ducẽ; & concludit ꝙ comites noſtri tẽporis habẽtes comitatũ, qui ꝑprie dicunẽ comites, nõ pugnabunt cum ducibus in foro ciuili, ſed in foro

Declaratur Paris.

militari unus dux Princeps nõ liber ; uel marchio nõ poſſet repellere unũ comitem uel Baronẽ , aut Nobilem magnæ uirtutis,quãdo uellet pugnare cã honoris,uel ſtatus,ſeu digitatis ſuæ læſæ; quia te/ neretur ſatisfacere honori ſuo , alias eſſet infamis; Sed forũ ciuile (ut opinor) a foro militari nõ dif/ fert in hoc caſu,quia talis comes uidet̃ proſeq ſuã iniuriã,quod etiã forũ,& ius ciuile admittit; licet di catur ꝙ comes alias,& regulariter nõ poterit ꝓuo/ care ducẽ,uel ſuperiorẽ in dignitate poſitũ; in quo forũ militare nõ aduerſatut; Sicq; limitatio memo/ rata ꝓcederet,cũ cõcordia (ut credo) utriuſq; fori; Idem crederẽ etiã in caſibus Hæreſis,læſæ maieſta- tis,& ſimilibus,de quibus ſupra; putatẽ tamẽ in his caſibus poſſe campionẽ dari; utſupra cõcl.38. & inf. ſeq.ꝓxima,& uidet̃ ſentire Paris in.§.miles armiger lib.7.num.2. Cogita quia in caſu proſecutionis iniu- riæ propriæ,uel ſuoꝝ,nõ uidetur habere locum ex tenſio Duelli,ut ſupra dictum eſt,præſertim concl. 74. num. 6.

1. Nobilis ex quatuor gradibus progenitorum,an poſ ſit recuſari a conſtituto in dignitate,uſq; ad ducem.
2. Nobilis regulariter nõ admittitur contra conſtitu- tum in dignitate,lim,ut ibi.
3. Imparitas modica nõ curatur inter nobiles.
4. Ludouici Viſtarini uictoris pugna,cum clariſſimo Boſio Sfortia,& Sigiſmundo malateſta,

CONCLVSIO. LXXX.

1 EX Præmiſsis diſcutienda ſe ſe offert, il la exceptio. ✠. an nobilis, ex quatuor gradibus ꝓgenitoꝝ ortus, bonis moribus imbut⁹; & in armis, & equis exercitatus, & uerſatus; poſsit a comite, ſeu Barone, & a quocūq; in dignitate conſtituto, uſq; ad ducē recuſari; Paris in. §. nobilis pro cā. lib. 7. ponit iſtam quæſtionē in illo nobili, qui pro cauſa iuſta ſuæ iniuriæ, uel honoris ꝓuocat comitē, uel Baronē, & quēcunq; in dignitate poſitum; & illā poſtea abſolute in fine decidit, ut talis nobilis poſsit pugnare cum conſtituto in quacūq; dignitate; præſertim ſi comes ꝓuocatur ex delicto cōmiſſo in remp. uel ꝓ fide rupta, qa uidet̃ approbata perſona nobilis. l. qui cū alio. ff. de reg. iur. q̄ ſemel appobata, nō poteſt reprobari, per no. in. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus, uel ſi comes nobilē offendiſſet; qa in delictis quaſi cō trahitur. l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. Alci. autē d. c. 33. abſolute ponit hanc. q. & inquit, in ea ſunt quot capita, tot ſentētiæ; tandē concludit, ꝙ inferiores in gradu poſſunt refutari ꝓpter imparitatē; ſed nobilē a quatuor gradibus uſq; abauis, in armis uerſatū, cum clariſsimis poſſe congredi arbitrat̃; quia is ſit ultimus gradus dignitatū, & cū tali nobili intercedat modica inæqualitas; ✠. Ego in hac q. regulā ſæpius præ

2 ſuppoſitam, firmādā exiſtimo, ꝙ imparitas ratione dignitatis, ſit legitima exceptio in ꝓuocato; ſicq; regulariter nō ſit admittēdus nobilis, etiā ex quatuor gradibus auoꝝ a cōſtituto in dignitate; limitarē ta-

Declaratio.

men iſtam concluſioné nõ habere locũ in crimine læſæ maieſtatis, Hæreſis, & aliis criminibus, de qbus ſupra ſæpiſsime dictũ eſt; ut uidet́ etiã ſentire Paris ubi ſupra. Item limitaré quando quis ſuã, uel ſuoꝝ iniuriã, pſequeret́, ut ſimiliter dictũ eſt, & firmat Paris utſupra, ſuper hoc tamé eſt cogitãdum, utſupra, præſertim cõclu. 74. limitari etiã poſſe crediderim ſecundũ opi. Alcia. d. cap. 33. in fine, in prouocato, qui in numero clariſsimoꝝ tantũ cenſeat́, & nõ ultra; ut a tali, nobilis ex quatuor gradibus, præſertim iniuriatus, nõ poſsit recuſari, eã ratione per Alcia. aſsignata, qa inter clariſsimũ dignitate, & talé nobilem,
3. modica ſit inæqualitas, ✠, cuius nõ habet́ ratio, ut etiã per eũ c. 31. circa fi. & habet́ ſupra concl. 8. Hacq̃ eadé ratione, nõ poſſe clariſsimũ contra nobilé ſupponere cãpioné arbitrarer; de quo meminit Alcia. ibi: in aliis uero cõſtitutis in ſuperiori dignitate ſpectabiliũ, & ſupra; ppter maioré imparitaté, aliter exiſtimaré, ut dictum eſt ſupra concl. 38. & uidet́ ſentire Paris in. §. miles ſeu armiger lib. 7. Hæcq̃ ultima limitatio, uidet́ eſſe in uiridi obſeruãtia apud milites, nobiles & principes; ut exéplo nõ uulgari inter alia
4. demonſtratũ eſt, tempeſtate noſtra; ✠ Cum ſtrenuiſſimus Ludouicus Villarinus, cõterraneus meus, nobilis ab antiquiſsimis pgenitoribus ſuis; & equeſtri militia, tunc tantũ decoratus, qui hodie tamé tribunus eſt militũ; & (ut uulgo dicit́) Colũnellus Cæſareus; & præfectus tormétoꝝ Cæs. ſeu Põtificii exercitus, orta cõtrouerſia, Prouocator, cum clariſsimo

Boſio Sfortia,Comite,ſeu Barone,ex ſentētia prudentiſsimi Proſperi Colūnæ , & Marchionis Piſcariæ,& alioꝝ ꝓcerum,dignus diiudicatus eſt; qui cū eo,licet clariſsimo , in certamen deſcēderet; in quo ipſe Viſtarinus uictor euaſit,magna cū gloria; quæ in eo aucta etiā magis eſt,cum iterū a Sigiſmondo Malateſta,nō ſolum clariſsimoꝝ,ſed etiā ſpectabilium genere orto,ſingulari pugna impetitus , pariter uictoriam reportauerit.

1. Prouocans nō poteſt,iam per ſe ꝓuocatum repellere; limit. num. 3. 5. & 10.
2. Perſona approbata non poteſt reꝓbari; limit.nu. xi.
4. Promiſsio intelligitur , rebuſ ſic ſtantibus , & noua cā non ſuperueniente.
6. Ignorantia,& error in facto alieno non nocet.
7. Regula,ꝙ ſemel placuit. 27. qn̄ non habeat locū & num. 8. &. 9. &. 12.

CONCLVSIO. LXXXI.

1. PROVOCATVS, ✝ qui multis exceptionibus,de quibus ſupra ſcriptū eſt , quādoq; ſe tueri poteſt, nō poterit tamē a ꝓuocante ipſe repelli; nam ab eo perſona ſua cenſeẽ approbata,ut tradit Alcia.in cap. 23. d.tracta.& uideẽ ſentire Paris in.§.miles ſeu armiger,num.2.lib.7.& Iul. Fer. conſil.14.num.4. & Iac.
2. Hiſpa.c.6.lib.1.✝. Sicq; perſona approbata nō po-

Digitized by Google

teſt reprobari per no.in.l.ſi qs teſtibus C.de teſtibus, &.l.qui cũ alio.ff.de reg. iur.l.ſi uxor in fi.ff.de adulter. cũ ſim. & per Paridẽ in d.§.nobilis pro cauſa ꝗc. fi.&.§.duo milites lib.7. Vbi tamẽ ꝓuocans ſit maior poterit campionẽ ſubiicere utſupra concl.34. & expreſſe ponit Paris in d.§.miles ſeu armiger, licet cum hac concl.trãſeant ſimpliciter docto. putarim tamẽ ipſe limitãdã,& d:clarandã ſibi nõ uendicare
3. locũ.✝.ſi noua exceptio ſuperueniret; ✝.quia pro-
4. miſsio intelligitur rebus ſic ſtantibus,& noua cauſa Denõ ſuperueniẽte, ut in d.l.ſi quis teſtibus,& per Salice. ibi.& per dicta per Alciatũ in c.22. & per Paridẽ in.§.duo milites,lib.7. qui uideť decidere hanc exceptionẽ competere,tam ꝓuocato,ꝗ ꝓuocatori; & doct. clara tiões, ultra
5. terigi ſupra cõclu.74.Limitarẽ & ſecundo.✝.in prouocato,qui criminoſus & infamis repertiretť,de quibus abũde dixi ſupra cõcl.74.& hæc fuiſſent ignota ꝓuocanti,nam cũ duellandi actus ſit militaris nobilis,& generoſus,ac honorabilis, ab infamibus nõ exercẽdus,utſupra cõclu.15. Reatuſq; excludat om
6. nem honorẽ,ut ibi,& ſæpe dixi; & ignorãtia & ✝ error in facto alieno nõ noceat; Sed iuſta,& ꝓbabilis præſumatť,& excuſat.l.fi.ff.pro ſuo; ſicq; uideatur errare talis ꝓuocans criminoſum,uel infamem ſibi incognitũ; ex errore ſuo nõ debet induci conſenſus; ĩmo debet impediri,& tolli.l.ſi per errorẽ.ff.de iuriſd.om.iudi.nõ.n.uidenť conſentire qui errant ut ibi.&.l.nihil conſenſui.ff.de reg. iur. in fi. Hinc dicit
7. Io.And.in c. ꝙ ſemel ĩ fi.de reg.iur.in.6.✝.eã reg. q

ſemel placuit,nõ habere locũ quãdo adeſt error facti,nec uidet obſtare tex. in d.l.qui cũ alio,ubi contrahens cũ alio,uel eſt,uel debet eſſe nõ ignarus cõditionis eius; quia per exẽpla glo. contractus ibi diſſoluit,nõ autẽ inducitur; ſicq; in caſu noſtro diſſoluitur Duellũ; uel rñ ꝙ ibi in contractibus agitur, hic in delictis; in quibus tanq̃ odioſis,ſtricte abſq;
8. extenſione ꝓcedat; utſupra concl.9. ✠.& in delictis
9. nõ habere locũ illã.l.tradit Decius ibi per plura; ✠ ſic tradit nõ habere locũ in quaſi contractu,ꝓut in caſu noſtro,in quo quaſi cõtrahit, utſupra cõcl.76. Nec obſtat tex.etiã d.l.ſi uxor,qa ibi,& in aliis iuribus aderat ſcientia; imo uideret dici poſſe,ꝙ ſi qs
10. ſcienter ꝓuocaret criminoſum,& infamẽ, ✠,nihilo minus pœnitentia ductus,nõ teneret pugnare,poſſetq; cõtra talem ꝓuocatũ excipere,eadẽ ratione,qa criminoſi,& infames nõ admittant ad præliũ; ſed tantũ perſonæ integræ, & nobiles,utſupra; nec uidentur repugnare adducta in cõtrariũ,ſcilicet qa nõ poſsit reprobari approbata perſona; nã nõ uidẽtur ꝓcedere in caſu noſtro dicta iura; qa expedit,& publice intereſt,ut criminoſi detegant, & puniãtur; l.
11. eũ qui.ff.de iniur.cũ ſim. ✠. & ratione publicæ utilitatis,approbati,poſſunt reprobari,l.ſed & reprobari in prin.ff.de excus.tuto.& per Salice. in d.l.ſi quis teſtibus; quare ꝓuocatus talis criminoſus,& infamis, patiet exceptionẽ,ut inde poſsit etiã puniri; Vel dic in his q̃ improbant a iure,nõ habere locũ dictã reg.
12. ✠.ꝙ ſemel placuit; nec illa, ꝙ approbata nõ poſ-

ſint reprobari,ſecũdũ Io. And.in d.reg. quod ſemel circa ſi. at nos ſumus in Duello reprobato a iure,& criminoſis , & infamibus,reprobatis duellare de iure,ut dixi abunde in prin.huius tracta. & concl.74. ergo poterit reprobari,etiã ſcienter criminoſus prouocatus; & ꝓpterea abſolute,& nõ inepte Iac. Hiſpa.d.cap.6.uidet̃ arguere ꝙ ſaltẽ ad iudicem Duelli ſpectet,ex officio ſuo,& pro honore ordinis militaris , talem nõ integram perſonã,ratione ſupra aſsignata,repellere.

1. Prouocandus agit cõtra ꝓuocaturũ furentẽ,ut aut Duello experiatur,uel ut ſibi concedat̃ familia gladiatoria,expenſis illius.
2. Duello recepto,offendẽtes ſe inuicẽ,ꝑditorie agũt.

CONCLVSIO. LXXXII.

1. ADMITTATVR. ✠.quãdoq; ꝓuocãdus,nõ ut excipiat tantũ , ut in ſuperioribus ; ſed ut ꝓcedat etiã cõtra ꝓuocaturũ,aliquãdo furentẽ, & cõminantẽ ſe Duello experturũ, & in eũ impetũ facturũ; ut ſcilicet iſte prouocaturus,monitus certa formula,moribus obſeruata agat ; cũ nõ ſit æquũ,ut ipſe ꝓuocãdus, cõtinuo in armis detineat̃, quod ſi nõ fecerit,poteſt in maiore cogi,& appeti; uel a cõi ſuperiore poſtulari; ut ꝓuidere uelit; cuius erũt partes,ut iubeat ꝓuocaturũ ſeruare formã duellicam,ubi ſeruãda ſit;

Digitized by Google

quibus neglectis; ꝓuocando, familiã gladiatoriam concedere debet; quæ pro eius defenſione, ꝓuocaturi expẽſis, inuigilare debeat, ut notabiliter ſcripſit Alci.d.tracta. cap.13.allegat glo.l.fi.C.de erroga mili-ano. lib.12.facit.l.diffamari cũ ſim.C.de inge. manu.

2. +. Sed admiſſo Duello nõ licet ſe interim offendere, ut & pro Alcia.ibi.c.ſeq.alias ꝓditionis, & uiolatæ fidei, quis reus efficeretur.

1. Multa habent locũ in ꝓuocato; quæ in ꝓuocante.

CONCLVSIO. LXXXIII.

1. SVBSEQVENTER. +. in ꝓuocato multa ꝓcedũt, & ſunt obſeruanda, de qbus in ꝓuocãte ſupra locuti ſumus; quæ ratione ordinis, breuibus repetamus; Vt ſcilicet nõ liceat ꝓuocanti, quod prouocato nõ permittit̃, & ecõtra, utſupra cõcl.27. Trãſmittatq; prouocatus literas, quas dicunt, cartellos, & reſponſiones ſuas actori, & præſentet Iudici, utſupra concl.23. &.43. Inde in caſibus permiſsis pugnã admittat; ne notatus remaneat, ut in conclu.25. qui & quandoq; campionẽ ſupponere poterit in caſibus cõceſsis; ut in conclu.34. cũ ſeq. & poterit ſuſcipere defenſionẽ illorum, quorum quis tenetur iniuriã propulſare, utſupra concl.33. Iurabit quoq; de calũnia, ut in concl. 44. habet: Et tandẽ ſũmo mane debet cũ prouocante ingredi ſtadiũ, alias reſtitutio temporis deffluxi, ob

morã ſuã concederetur actori,ut ſcribit in cõcl. 45.

1. Armoꝝ electio ꝓuocato cõpetit,de rõne late, nu. 3.
2. Campi,& Iudicis electio,ꝓuocanti relinquitur.
4. Scire,& debere ſcire,æquiparantur.
Incautũ,& inæquali pugna,nõ licet aliũ capere,ibi.
5. Nouiter eſſet ſtatuendũ,ſuper electione Armoꝝ.
6. Equi electio confluit in poteſtatẽ prouocati.
7. Equi licet nõ cõtineant appellatione Armoꝝ; ſunt tamen ad uſum belli.

CONCLVSIO. LXXXIIII.

ARMORVM electio, Iudicis,loci, & tẽporis,ex conſuetudine,& Federici Imperatoris cõſtitutione,ædita in Regno Siciliæ; alias ꝓuocato cõpetebat; ea ratione,quia fauendũ eſſet reo; qui præter omnẽ ſpem; & quodãmodo inuitus ad pugnã trahit; & qui alioquin ꝑparatis dolis,poſſet circũueniri; ideo cũ in uno grauet,ut ad certamen rapiatur, in hoc debet ſubleuari,ut talis electio ei tribuatur,ut tradit Paris in.§.actor ſeu ꝓuocator lib.1.& meminit Iac. Hiſpa.in cap.3.lib.3.& Alcia. cap.6.& Iul. Fer. cõſil.6. num.5. Hodie tamẽ ſecundũ memoratos docto. Paride ꝑtermiſſo,electio armoꝝ,ex obſeruata conſue-
2. tudine,per ꝓuocatum retinetur; +. Iudicis uero,& loci,ſeu campi,relinquit actori ad exonerãdum reũ ipſum; ſeu in fauorẽ(ut crediderim)prouocãtis,ne deludatur ſine iudice,uel quia a reo tardius quæ-

Ratio alia, tribuẽdi cãpũ ꝓuocãti

rereť; inueniriq; per eũ nõ poſſe aſſeueraret,ut etiã ſupraſcripſi cõcl.42.de quibus per Deciũ d.cõſ. 487. &.686.& Alcia.dict. ſuo conſil. car.8.& ante eos per Bal.de pace ten.in pri.col.7.difficile.n.eſt quandoq; inuenire Iudicẽ,& locũ; Addit in hac concl. ſolus Alcia.d.c.6.moribus receptũ eſſe,ꝙ ſatis ſit,ſi in ipſo ſtadio certior fiat ꝓuocator,qua armoꝝ ſpecie congredi ꝓuocatus uelit;licere tamẽ prouocanti ſe ſuis armis,quæ plura ad id præparauerat, defendere;dum ſint eiuſdẽ paritatis:unde accipio,conſuetudine obſeruari;ut per ꝓuocatũ tranſmittať in genere notula armoꝝ,diuerſi generis,prouocanti; de quibus ſe habeat ꝓuidere: Hæc concluſio,ut tradit Alcia.ſm̃ aliquos declaratur,in eo,qui hac fiducia, manifeſta iniuria aliũ affecerit;ꝙ ſi ea de cauſa ꝓuocatus fuiſſet,armoꝝ electionem, ad ſe pertinere præuidebat,ut eo caſu cogať,tanto tẽpore ꝓuocatorẽ præmonere,ut in eo armoꝝ ludo,ſe aliquantulum exercere poſsit; quæ nnnq̃,aut perraro cõtingere exiſtimo; Quis.n.eſt tam fatuus,& temerarius,ut alium, ꝑpter fiduciã electionis armoꝝ,ſibi competiturã,iniuriis ꝓuocet; uel eſto qui hoc excogitaſſet, id tamẽ & manifeſtare uoluerit.✠. Cæterũ in hac concl.plurimũ ſemper admirari cõſueui; cur ſit,qua ue de cauſa ꝓuocatũ; ſiue ex iam dict.Cõſt. Federici Aenobarbi,ſiue ex conſuetudine,tot fauoribus ꝓſequamur; ut reperire Iudicẽ, & locum,ad onus ꝓuocantis reiiciať,ſitq; in illius facultate certũ facere ꝓuocantẽ eo tempore ſolũ, quo uterq; pu-

Raro aut nunq̃ poſſe cõtingere ꝙ ſenſit Alcia.

3.

gnator in arenam deſcenderit; quo armoꝶ genere utendũ ſit; & quod grauius eſt; electio armoꝶ ſibi cõcedat; in qua & ſuperabundare, plurimũ cómodum ſentire ſolet reus, cũ nõ paruo præiudicio, & dãno ꝓuocantis; qui ultra inæqualitaté, ex tali modo perueniẽdi ad certamẽ ipſum, reſultantẽ; maximis etiã expenſis, eadem cauſa incertitudinis, & electionis armoꝶ, attributæ ꝓuocato; prægrauari ſolet, cũ tamẽ & ratio naturalis, & legalis, diſponat in iudiciis, ſed in hoc maxime duellico; ſeruandã paritatem, & æqualitatẽ; nõ eſſeq; cõcedendũ uni pugnatoꝶ; quod alteri nõ permittat, ut ſæpe dictum eſt; unde & talis lex Aenobarbi iniqua, & recepta conſuetudo, uidet irrationabilis, & tanto magis, qa ipſe ꝓuocatus, ex delicto ſuo, conſequi uidet huiuſmodi cõmodũ, & lucrũ, contra diſpoſitionẽ. l. itaq; fullo. ff. de fur; nã clarũ eſt, in hoc certamine, quod frequẽtius fit cauſa honoris, & ad purgationẽ obiecti criminis, ut ante primã cócl. dictũ eſt; Prouocatum primo inferre iniuriã prouocanti, qui cogit ea de cauſa, ne iniuria affectus, & notatus remaneat, ad certamen cõuolare; ſicq; & iniuriatus actor efficit, & multis incõmodis, eodẽ tempore afficitur, quod uidetur maxime incõueniẽs; Nec iudicio meo illa ratio in prin. huius concl. aſsignata ualida, aut tollere hæc obiecta uidet; ꝙ ideo concedant electio, & alia præmiſſa ꝓuocato; quia inuitus; & præter oẽm ſpem, ad pugnã trahat, & quia præparatis dolis poſſet circũueniri; Nam reſpõderi poteſt, ſi inuitus ad

Con tra. l. uel con ſuetu dinẽ.

pugnā uocatur,& præter omnē ſpem,ſibi imputare debet; qui alium iniuria laceſsiuerit,& cogitare debuit, nō impune ſibi licuiſſe alteri iniuriari,alterūq; offendere; notoriū.n.eſt ꝙ permittiť iniuriato ꝓuocatio,& concediť pugna; quia nō debet alteri per alterū iniqua conditio,cōtumelia,& iniuria inferri; ut notiſsimi iuris eſt; ex quibus pariter claret; ꝙ nō diciť poſſe circūueniri,qui iam potuit ſcire,& præ-
4. cogitare ſe eſſe cōueniendū ex delicto ſuo,✝.nam ſcire,& debere ſcire,æquiparantur.l.quod te.ff.ſi cer. peta. Præterea ſi iſta circūuentio conſidereť in electione armoꝝ; quæ nam ratio,& cauſa circūuentionis conſiderāda magis ſubeſt,in ꝓuocato iniuriāte, q̄ in ꝓuocāte iniuriato; ſicq; potius admitti debeat, unus multū præmeditatus, & exercitatus in armis, cū quibus pugnādū eſt; alius uero imparatus,& inconſideratus; ꝑfecto nō decet ex tēpore,& incautū quemq̄ aliū capere,& inæquali pugna,ut ſup.cōcl.8
5. explicauimus ✝.Qua de re exiſtimarē recte ſtatuendum eſſe,uel cōſtitutione principis; uel cōſuetudine inducendum; ꝙ talis armoꝝ electio īnoteſceret utriq; parti,eodē tempore; uel utriq; parti eſſet incognita,per Iudicē ſorte poſtea manifeſtāda; Nam & alias in longobar.quali.quis.ſe def.deb.l.ſi quis cū altero,&.l.mentio; Fuſtes,& ſcuta, erant arma pugnatoꝝ,q̄ debebāt eſſe æqualia, & præſtāda a Iudice ſm̄ Io.lign.in.§.circa ſeptimū num.8.unde in qt Iac.Hiſpa.lib.3.cap.6.apud Hiſpanos,apud quos ꝓhibita ſunt duella; cum quādoq; de facto ad illa

peruenitur; partes ſciunt ante tẽpus prælii, qbus ar-
mis pugnandũ ſit: quãobrem eo pacto tolleretur
magna pars moleſtiæ pugnatoribus; & omnis inæ-
6. qualitas, præſertim ꝓuocanti: ✝. Notandũ tamẽ in
hac concl. illud etiã erit, ꝙ ſicut in armis ſeruãda eſt
electio prouocato; ita ſi miles eſt, & uoluerit eques
pugnare; hoc pacto ꝓuocãs debebit eques pugna-
re; & ecõuerſo, ſi pedes fuerit ꝓuocatus, prouocans
miles, & eques; poterit ꝓuocatus, qa defendentis eſt
electio, pedes pugnare, ſecũdũ paridẽ in. §. qui alteri
lib. 1. & ita obſeruat conſuetudo, ut ꝓuocatus indi-
7. ſtincte eligat, uel nõ eligat equũ: Nam ✝ licet equi
nõ contineanẽ appellatione armoꝝ, ut docet Paris
in. §. duo pugnabãt, lib. 8. nihilominus ſunt ad uſum
belli; & inſtrumẽta bellica, ut ibi per eũ; & recte in-
quit Virgilius; Bello armantur equi, Bellũ hæc ar-
menta minantur.

1. Arma quæ ſint eligenda num. 2. 11.
3. Arma plura, an ſint eligenda.
4. Enſe ſolo pugnantes, an reprobandi.
5. Enſe imprimis cinguntur milites.
6. Enſis alienatio eſt graue crimen.
7. Enſis amiſsio arguit aliquẽ uictũ, in Duello gloriæ.
8. Enſis datur Imperatori, uindici in iram male agen-
tium, & laudem bonorum.
9. Armati una parte; alia inermi, nõ improbantur.
10. Armatus & eques, quis rectius Duello ſe præbet; ꝗ̃
peditum more.
12. Conuenta in electione armoꝝ ſeruanda.

Digitized by Google

CONCLVSIO. LXXXV.

ARMA autē qualia ſint eligenda,
q̄uocunq; ipſorū electio ad ꝓuoca-
tum ſpectet; aliqua per tēpora fuit
1. uariatio; ✝. Cum apud longobar-
dos, Fuſtibus,& Scutis,prӕterq̄ de
infidelitate pugna cōmitteret̄,ut in
coꝝ ll.in tt.quali.quis ſe def. debe.in.l.quibuſcunq;,
& in.l.ſi quis dixerit; & in.l.ſi fuerit,& in.l.mentio
exprimitur; ibiq; in.l.nullus campio habet̄; ꝙ arma
ſua,quæ cōueniunt,nō autē herbas,quæ ad male-
ficia pertinent,quis habere ſuper ſe debet; ut & per
Paridē in.§.duo pugnare lib.8.idem legitur de fuſti-
bus, & Scutis in.l.ſi quis cū altero de teſtibus in ea
longo. Secundū glo. autē in.§.nō eſt conſuetudo,
de alien. feu. pater. Certamen fit militaribus armis,
ſicq; intelligendā d.l.qbuſcunq;,cōmemorat; quod
refert, & ꝓſequit̄ Paris in.§.cōtingit lib.4.poſt And.
Iſer.ibi & Iac. Hiſpa. lib.3.cap.6.tangir aliquātulum
Iul. Fer. conſil.10.num.5.addens conſuetudinē mi-
litum,& nobiliū obſeruandam; quā latius tradit re-
2. ceptam Alcia. cap.39.✝.ut ſcilicet ex omni genere
armorum,optio fieri poſsit, quæ iuſtis militibus in
acie uſui ſunt; quo nomine inquit eſſe,Pugiones,
Gladios, Enſes, Spathas, Clauas, Ferreas, Rom-
pheas,Pila, Lanceas, Fuſcinas; de quibus ante Al-
cia. uidet̄ locutus Paris in.§.arma. d.lib.4.nō eſt igit̄
aliquo pacto recedēdū, a militaribus armis; in hoc

ſingulari certamine,ex conſenſu omniũ autorũ, &
3. inducta conſuetudine; ✝ Pluraq; arma,nõ unã tan
tum ſpeciẽ; & lõga, & breuia,deferri poſſe ibi recen-
ſet Paris; licet in d.§.contingit, dicat q a principe
4. campi recte ſunt reprobati.✝.qui inermes,ſolis enſi-
bus certare cõuenerãt,quaſi lenonũ more congreſ- Con
ſuri; ſicq; aliquãtulũ uidet ſibi cõtrarius Paris; quẽ trari9
tamẽ ſequitur Iac. Hiſpa.d.cap.6.& Alcia.d.cap.39. ali-
Qua in re,nõ adeo hunc pugnandi, ſolis caſibus, qua-
modũ,improbandũ de iure cenſeo; (ubi conſuetu liter
do nõ ſit in contrariũ) nõ.n.turpis uidet,ita ut leno Paris
5. nibus,magisq̃ militibus cõuenire uideat; ✝. cũ in
primis enſe cingant milites; ut uidet tex. in.l.pen.ff.
de teſta.mili.& hoc ponit glo.in.l.pen.ff.ex qbus ca.
ma.inter ſex neceſſaria, quæ ad eſſe militis inducta Con
ſunt; & ꝑpterea inquit ibi Bal.q glo.nõ fecit men- tra pa
tionẽ de calcaribus; & aliis inſigniis, niſi de enſe; ride;
ſicq; ut per d.glo. tradit idem Paris in.§.an Duella & ſe-
num.7.lib.1.militi cingit enſis cum creatur,in ſignũ, qua-
quia uti debet enſe, allegat etiã tex.in ꝓhem.inſti.in ces.
prin.unde & eo. lib.§.ad pugnã,refert Neapoli ob-
ſeruatum; q enſis erat Iudex,uindex,& teſtis in-
6. ter ꝑſequẽtes iniurias,& offenſas; & facit qa ✝ ſi in-
ter alia arma miles,alienauerit gladiũ, graue crimẽ
eſt; & deſertori ſimilis eſt.l.qui cõmeatus.§.arma.ff.
de re.mili.unde sm̃ Paridẽ in.§.an ſi ꝓuocans dum
7. lib.8.✝ perdens enſem in bello,uidet ſuccũbere pu-
gnando cauſa oſtentationis,& iuriũ; Facit quia gla
8. dius ✝ ſeu enſis fingit attributus Imperatori a Deo,

uti miniſtro ſuo, uindici in irã ei qui malũ agit; & ut illud exerceat ad uindictã malefacto℞, ad laudẽ uero bono℞, ut alibi diximus ſupra in.§.1.uerſi. Gladium; & idcirco nõ uideo; cũ inter alia arma, enſis magno in honore, & uſu habeat frequẽtiori, apud nobiles, & milites; qũo ineuntes certamen, etiã illo ſolo, debeant, aut poſsint improbari, a Iudice campi; & ꝑpterea percõtatus quãdoq; milites, dicũt nõ
9. fieri talem improbationẽ hodie; ✝. Similiter nõ uidentur poſſe improbari; qui certa parte corporis armati, alia inermi, certamen ineũt, dummodo arma ſint militaria; cum plura, & unã tantũ ſpeciẽ deferri poſſe dixerit Paris d.§.arma; quicqd ſcripſerit in d. .§.contigit, aliter ſentiens in hoc caſu; ut eum ſequit Iac. Hiſpa.d.cap.6.ualet.n.argumentũ de parte, quo ad partẽ, quod de toto, quo ad totũ.l.quæ de tota cũ ſine.ff.de rei uendi.& in toto pars cõtinet, iuribus
10. uulgatis: ✝. Cõuenire tamẽ magis, & ipſe exiſtimo ad decus, & ornatũ equeſtris militiæ cõſeruãdum; nobili, & generoſo uiro, ut eques, & loricatus ad pugnã deſcendat; Habitus.n.plurimũ poteſt; & præſumptionẽ facit; ut talis quis præſumat, quali in habitu reperit, celebris eſt tex. in.l.itẽ apud labeonẽ.§. ſi quis uirgines.ff.de iniur; & eſt in Adagio; Veſtis facit uirũ; q̃ quod mercenario℞ peditum more aliqs ꝓdeat; ut omniũ opi.receptũ eſſe teſtis eſt Alcia. d.cap.39.qui tamẽ tradit talẽ cõgreſſum ſolius enſis,
11. nõ poſſe per perduellẽ recuſari; Verũtamẽ licet ✝ ſagitarũ, Arcuũ, & Sclopo℞ uſus apud milites fre-

Paris cõtrarius.

quens ſit, exiſtimauit tamē Alcia. id genus armoꝝ eligi nō poſſe; Atqui conſuetudine hæc omnino impbant; quod & ea ratione cōprobari poterit; qa in talibus congrediētibus nō uidet poſſe eluceſcere uirtus, & ſtrenuitas illa; quæ decet ueros nobiles, & milites; & inſuper tales uident uelle congredi, magis acti aliquo furore, & deſperatione; q̄ ad propulſandas iniurias; & honoris, & exiſtimationis ſuæ cōſeruādæ cauſa; In præmiſsis tamē cōſuetudo ſemper erit obſeruanda, utſupra cōcl. 13. dixi: Poſtremo notandū erit sm̄ præfatos docto. ſi inter perduelles cōuentū ſit; ut pugna fiat aliquo armoꝝ genere;
12. ✝ ꝙ cōuenta ſunt obſeruanda; nā & alibi diximus ſupra concl. 12. inter certaturos cōuenta eſſe obſeruanda; Arma autē ſi ceciderint, aut frangant; an iterū præſtentur dicemus inf. de Iudice, concl. 92.

1. Pugnantes alter alterū præuenire poteſt in percuſſionibus; licet ꝓuocatus conſultius uidetur agere, expectans ſe inſultari.
2. Prouocatus pōt deludere ꝓuocātē, ſubterfugiēdo.
3. Tempus pugnæ, eſt unius diei.

CONCLVSIO. LXXXVI.

CONGREDIVNTVR deinceps his omnibus diſcuſsis, & apud iudicē uentilatis, perduelles; manúq; conſe-
1. runt; in percuſsionibuſq;, &. ✝. inſultu alius aliū præuenire poteſt, licet con-

ſultius acturū ꝓuocatū, aliqui affirment, ſi ꝓuocatorem inſultantē expectet; ad hoc ut iuſtificet; ꝙ tamē inſultatus accedat; & fere inuitus; ſicq; ꝓuocator uti deū tentans diuino iudicio debeat ſuccūbere; ut iam dictū eſt concl. 48.
2. ✠ Deludere autē poteſt ꝓuocatus ꝓuocantē, currendo, ſubterſugiendo, ſæpe cauēdo ab inſequēte, euitando ictus, & uulnera, ita ꝙ finita die ꝓuocator ꝓbare nō poſsit; q hoc ꝓmiſit; ſicq; uictus is dicat; ipſe uero uictor;
3. ✠, qa pugna eſt bellū unius diei, ut per Paridē in. §. an ſi ꝓuocans dum. lib. 8 & ſupra cōcl. 45. Pœnitere tamē poteſt prouocatū, ante, vel poſt litē conteſtatā, abolitione impetrata, vt ſupra concl. 26. dictum eſt; an vero liceat prouocato mutare querelā ante litē conteſtatam, uel poſt, dictū eſt ſupra concl. 28. in fi.

PARS QVARTA.
DE IVDICE.

1. Iudicis partes neceſſarie ſunt in Iudicio duellari:
2. Duellum impertinenter ſit ſine iudice:
3. Non coronabit niſi q ligitime in agone certauerit:

pone ante cōcl 88.

1. Iudex competens certaminis, quis ſit.
2. Iudices qui poſsint concedere duella qui ſint:

CONCLVSIO. LXXXVII.

1. IVDICIS partes, quæ in multis uerſantur, neceſſariæ ſunt in hoc iudicio, ✠ & ſingulari bello; cū tribus perſonis conſtituatur, Prouocāte, Prouocato, & Iudice, ut ſupra ɔcl. 2.

ſcripſimus; neq̧.n.iuſtificari poteſt abſq̧ ſuperioris autoritate, ſeu iudicis,a quo depẽdet iuſtitia belli,
2. ut dictũ eſt ſupra cõcl.24. &.55.✠ Sicq̧ pugna illegitime; & impertinẽter cõmittit ſine iudice, & in locis remotis; & ſolitariis; &alla Macchia,ꝑut apud aliquos dicit; Hincq̧ ad ꝓpoſitum cõuenire uidet
3. dictũ Apoſtoli cap.2.ad Thimot.✠.qui inqt,nõ coronabitur niſi qui legitime in agone certauerit.

CONCLVSIO. LXXXVIII.

1. IVDEX, ✠, autem cõpetẽs huiuſce negotii ille eſt,quẽ ſibi elegerit ꝓuocans,utſupra enarrauimus concl.84.& Latius cõcl.42. iam diu.n.ſic recepit cõſuetudo; & ideo cũ Paris 1.§.actor,&.§. ſæpe,lib.1.&.§.nobilis lib.2.num.5.competentẽ iudicẽ diuerſimode dixerit, eũ qui a ꝓuocato eligit,uel qui ſit ꝓprius iudex ipſius ꝓuocati; ut puta in milite ꝓuocato,Magiſter militũ; uel dux exercitus; ſub quo quis militat,quia actor ſequatur forũ rei.l.2.&.l.magiſteriæ .C. de iuriſd. om. iudi. amplius hæc hodie nõ uident ſibi locũ uẽdicare; Exiſtimo tamẽ ſi inter aliquos milites, ſub eodẽ Duce exercitus,Magiſtro,uel tribuno militũ,merentes,cõtigerit controuerſia; par,decenſq̧,& præclarius fore (niſi adeſſet cã iuſta ſuſpiciõis)q̧ tales cẽſerent,ad mitterẽturq̧ in iudices cõpetẽtes,ex quo iure cõi,uidentſe ſub eadẽ iuriſditione,dictis & ſimilibus iu-

Pone ſũma rium hic in ſuperiori ꝯclu. poſitum. declaratur Paris.

ribus; & eo pacto freques uſus militũ eſt, ſingulare certamen inire: Atqui ſi milites perduelles diuerſi exercitus contẽdant; iudex competẽs ille erit; quẽ ꝓuocans elegerit ✝; Verũ ſæpe obſeruatũ eſt, ꝙ in conſpectu duoꝝ exercituũ, ad pugnã ſingularẽ deuentũ ſit; ut docẽt etiã exempla antiqua Valerii
2. Coruini, & Torquati; & alia recẽtiora ſatis nota: ✝. Qui autẽ iudices poſsint cõcedere Duella, diſſeruit Paris in. §. quia Duella, lib. 1. ſcilicet Papã; Imperatorem; Regẽ, & alios principes, nõ recognoſcentes ſuperiorem; & populum liberũ, qui haberet regalia; & quẽlibet, q poteſt bellũ indicere; & Duces exercituũ; & qui habẽt ex conceſsione, ut ſequit Iul. Fer. conſil. 20. per plura. Per arbitrũ tamẽ pugna nõ uidet poſſe iudicari, ut in concl. 24. & 55. diximus.

1. Iudex debet primo cum conſilio peritoꝝ, perduelles, & eorum controuerſias audire, & uidere proceſſum agitatum.
2. Iudex debet partes ad concordiam hortari.

CONCLVSIO. LXXXVIIII.

1. CVRA iude cõſtituti Iudicis, ubi ad eũ deuentũ ſit illa eſt; ✝, ut cũ conſilio procerũ, & militũ, &alioꝝ uiroꝝ ꝓbatiſsimoꝝ, audiat primo perduelles, eorũq; cõtrouerſias; uideatq; ꝓceſſum agitatum, ut ſupra concl. 43. tam ſeparatim, & alterius tantũ; q̃ coniun-

ctim amboꝝ; negotioꝝ.n.merita partium aſſertio-
2. ne pandunt ut in.l ſi.c.ſi per uim uel ali.mo.✝ Et ela
borabit plurimũ,ut aduerſantes ad pacẽ,& cõcor-
diam hortet,deducatq; quãdoquidẽ ſcriptum ſit;
nil aliud curare debet præter,q̃ ut partes ſint in cõ
cordia.l.1.§.inde quærit.ff.de no.ope.nuntia.cũ glo.
&.l.cõgruit.ff.de offi.præſi.in prin.c.diſcordãtes.90.
diſt.ubi glo.cũ ſim.& dictũ eſt ſupra in hoc.§.tertio,
concl.10.de qua pace ꝓcurãda tangit Paris in.§.an
ſi duo ſubditi,&.§.an rex.num.5.lib.1.& Iul.Fer.cõſ.
15.col.1.& Iac.Hiſpa.lib.2.cap.1.Prædictaq; omnia in
cura Iudicis reponit Paris; At nos de pace,& con-
cordia perduellium procuranda,& inducenda ſigil
latim inf. dicemus in ult. parte.

1. Iudex debet conſiderare apte qualitatem,honores, gradus,loca,tempora,& cauſas certaminis.
2. Iudex niſi ex maxima cauſa concedat Duellum.

CONCLVSIO. XC.

VBI nõ ſit locus paci,& cõcordiæ
1. inter perduelles,✝ Iudex accurate
cõſiderare debet qualitatẽ,hono-
res,gradus,loca,& tempora,& cau
ſas certaminis,& controuerſiæ,ſim
allegata ſupra,præſertim Iul.Fer.d.
2. conſil.15.✝ Et nõ niſi ex maxima cauſa,& graui,cõ
cedere debet Duellũ,ut dictũ eſt ſupra cõcl.51.&.67
& in re de qua nõ conſtet,& obſcura,exiſtentibus ta

men indiciis; itẽ nõ debet concedere ubi militent aliæ exceptiones, de qbus ſupra ſcripſimus in.2.parte de ꝓuocato concl.54.cũ pluribus ſeq̃; & tandem conceditᷣ pugna, præſtito per perduelles iuramento utſupra cõcl.44.& 83.habetᷣ: Fiunt tamẽ perſæpe capitula de more apud iudicem, ante pugnã ineundam, per certaturos obſeruanda; a quibus nefas ſit recedere, ut ſcripſi ſupra concl. 12.

1. Iudex aderit in campo Duelli cum cõſiliariis, ut uidere, & audire poſſit pugnantes; & iudicare quis ſuccubuerit.
2. Bãnum ſit ꝙ nullus ingrediatur campum, &c.
3. Bãnum iudicis ſeruandum eſt.
4. Epiſcopus loci poteſt prohibere Duellum; licet dominus temporalis conceſſerit.

CONCLVSIO. XCI.

CONCESSO Duello, conceditur quoq; locus, & campus ad prælium deſsignatus, & aptus; utſupra cõcl.45.
1. ✝. in quo aderit iudex cũ conſiliariis ſuis in iure, & re militari eruditis, & uerſatis, utſupra concl.89.& per Paridẽ in.§.pone lib.8. q diligẽter, & clare, ꝑſpicere, & audire poſſit utrũq; pugnantẽ, ad hoc ut tãdẽ iudicet quis ſuccubuerit, ut legitᷣ apud Io.ligna.in eo tracta.de Duello.§.circa ſeptimũ num.8.& Iac.Hiſpa.lib.3.cap.4.& Iul.Fer.
2. conſil.6.num.12. ✝. Emittiturq; inde Bãnum man-

dato iudicis, q nullus campũ certaminis ingrediaẽ præter Duellantes, Magiſtros, ſeu (ut dicũt) Patrinos, & ſolitos ingredi; atq; nullus tumultũ faciat, q ſit impedimẽto duellantibus, ut ibidẽ per Hiſpanũ,
3. & Ferretũ: + quod quidẽ Bãnũ ſeruandũ eſt, argumẽto l. pſpexit cũ glo. ff. qui & a quibus, lex. n. utrũq; dura ſeruanda eſt, ut ibi; & ad aliud ppoſitũ obſeruandum dixit Paris in. §. duo milites lib. 2. num. 1. in
4. hac concluſione notari poteſt; +. q licet dominus temporalis conceſſerit Duellũ; nihilominus Prælatus, ſeu Epiſcopus, qui præſidet in ſpiritualibus ciuitati, uel loco, in quo pugna cõmittenda erat, poterit ex iuriſditione ſua hoc pbibere; quãdoquidem sñ iura canonica, oĩo prohibenda ſint duella; nõ obſtante conſuetudine, ut in prin. huius tract. dictũ eſt, & in ſpecie tradit Paris in. §. an ſi dominus lib. 1. ea ratione quia talis prælatus uendicat ſibi iuriſditionẽ in laicos; ex quo tractaẽ de periculo animarũ, & de cõcernẽtibus peccatũ iuxta no. in cap. 2. de no. ope. nunci. & per Bar. in l. priuilegia. C. de ſac. Eccleſ.

1. Arma ſiue franganẽ; ſiue cadant; alia nõ exhibenẽ.
2. Cadentes nõ eriguntur.
3. Arma ſunt loco pbationum; & inſtrumẽtorum.
4. Ferire licet reſumentem arma, & equũ aduerſarii; quia ſunt inſtrumenta hoſtis.

CONCLVSIO. XCII.

QVIA in congreſſu certantiũ frequenter euenire ſolet; ꝙ Arma eoꝝ franguntur,& cadũt; dubitatũq; eſt,an alia præſtanda eſſe,exhibẽdaq; a iudice permittẽdũ ſit; idcirco Paris I.§.an Duello lib.4.& Io.ligna in.§.circa ſeptimũ num.9.in hoc cõ
1. ueniunt,✝.ut ſiue cadãt,ſiue frãgant,ſint omnino deneganda,ſeruata imprimis cõuentione & conſuetudine,ubi uigeat; mouent inter cætera illa rõne,
2. quia.✝. & ipſi cadentes nõ erigunt; & hæc diuino iudicio cõtingere credendũ ſit; illa etiã ratio lega
3. lis mihi uidet poſſe aſsignari; quia ✝ arma ſunt loco teſtiũ,inſtrumẽtoꝝ,& probationũ iudicii ciuilis, utſupra cõcl.2.&.3.in quo imputandũ eſt illi,qui in
Ratio alia. his deficit; cũ quilibet teneatur ꝓbare intentionẽ,& exceptionẽ ſuã ad uictoriam cõparandã; l.2.&.l.in exceptionibus.ff.de ꝓbatio. Hanc etiã concluſionẽ
4. tenet Alcia. cap.42.ubi & illud addit,✝.licere ferire reſũmentẽ arma,& equũ aduerſarii; quia ſunt inſtrumenta hoſtis.

1. Iudex debet expectare finem belli; qui inſpiciẽdus eſt,alioquin alius aditur iudex.
2. Iudex nõ debet diuidere pugnam etiã ex clementia; aliter iniuſte ſe habet,limit. num.3.
4. Iudex parcens uicto, tenetur uictori ad expenſas; idem in iudice diuidente duellum num. 5.
6. Iudex diuidens pugnã, debet illam in priſtinũ ſtatum eadem die reducere,ut pugnã perficiant.
7. Iudex ubi diuiſit certamen,quaſi mortui,uel uicti,

an poſsit condēnare uictum uſq; ad illam horam.
8. Sētētia eſt nulla,q̄ manifeſtū errorem iuris cōtinet.

CONCLVSIO. XCIIII.

1. IVDEX debet + expectare exitū, & finē belli,qui inſpiciēdus eſt,arg. l.rem nō nouā cum ſim.C.de Iudiciis. Paris in.§.duo milites num.4. lib.2.& in.§.dat̄ lib.8.per plura, Iul. Fer. conſil.4.cc.fi.& ꝑinde conſil.7. in fi.tradit,ſi iudex noluerit expectare finē Duelli,
2. alius pro iuſtitia eſt adeūdus, +. & ideo nec pugnā diſſoluere,aut certātes diuidere decet; quāuis ex aliqua clemētia,& pietate moueri poſſet; alioquin iniuſte facere uidet̄,ut per Paridē in.§.an ſi duo faciāt circa fi. lib.2.&.§.duo equites in fi.&.§.duo pugnarunt lib.8.qui limitat nō ꝓcedere quādo pugna fit cauſa uirtutis,& gloriæ,nō honoris,& infamiæ; qa tunc finis eſt mors,uel (ut aiunt) diſdicta,ut per eū
3. in.§.poſt hæc, lib.x. +. Sublimitare Paris uidetur in d.§.an ſi duo,hanc limitationē; ut ſcilicet Iudex nō poſsit diuidere pugnā, etiā cauſa uirtutis,quando eſſet cōuentū,ꝙ pugnaturi currerēt tot uiribus; uel eſſent aliter pacti; cum cōuenta ſint obſeruanda,ut alias dixi ſupra cōcl.12.præmiſſam cōcluſionē prin-
4. cipalem tenet etiā Iac. Hiſpa. lib.4,cap. xi. + Verū ſi iudex abſq; conſenſu uictoris parceret uicto,uidet̄ teneri uictori ad expenſas per eū factas ſm̄ Paridē

In.§.officialis lib.8.ea ratione,quia nõ poteſt tollere ius tertii,niſi ꝑtio dato; An autẽ in principali conclusione,iudex nõ expectans exitũ belli,pugnamq; diuidens,teneaẽ prouocanti ad expenſas; & ad aliq̃ ſatisfactionẽ; ex quo nõ promiſit eum ꝓbare inten-

Inter preta tio.

5. tionem ſuã,✝.exiſtimare teneri; quia clarũ eſt; ꝙ iniuſte ſe habuit; ꝓpterea iniuſtus iudex facit litẽ ſuã, & teneẽ parti ad intereſſe arg.l.fi.C.de pena iud.qui.ma.iud.cũ glo.& inſti.de obliga.q̃ ex côu.delic.maſ.

6. in prin.✝.Vbi cõtingat iudicẽ diſſoluere,ſeu diui-dere certamen; a quo tamẽ rectius,& prudẽtius abſtinere poterit; ubiq; inde nõ poſsit reducere partes ad concordiã, illas in priſtinũ ſtatum,ut erãt,anteq̃ diuiderenẽ,reponere iubebit; ut pugnã abſoluãt:ut tradit Paris in d.§.duo equites circa fi.quã tamẽ repoſitionem eadẽ die poſſe per Iudicẽ fieri declarandum eſt; cũ ulterius nõ deẽ noua dilatio; & per prouocatũ nõ ſtetit; qui ideo ultra diem ſtatutã,nõ poteſt amplius cogi ad pugnã,ut poſui ſupra cõcl.

Decla ratio.

7. circa prin. Atqui ex ſentẽtia Paridis in d.§.duo equites; ſi ille qui uidebatur morti ꝓximus,& quaſi uictus,cuius intuitu, & pietate iudex diuiſit certamen; recuſauerit ſe reponere in priſtinũ ſtatum,cõ-

7. dẽnandus eſt,ut uictus,uſq; ad illã horã,✝.qua diſſolutũ fuit Duellũ; & per conſequẽs aduerſarius declarabiẽ uictor,per contumaciã alterius cũ declaratione ſtatus rei,& certaminis; & ꝓut iudici,cũ conſiliariis ſuis uidebitur,quæ etiã uideẽ ſentire Paris in .§.duo milites ad pugnã lib.9.quæ equidẽ declara-

tio circa ſtatū rei,& pugnæ fienda per iudicem ſatis placet,sm̄ Caſum d.§.duo equites,nō autē in caſu d.§.duo, quia actor illa die debebat ꝓbare,alias uictus dicit̃,utſupra cōcl.49.Sed nō placet,ut eo modo quo ſupra,qs declaret̃ uictor; quia hoc eſt cōtra naturā huius certaminis,in quo tantū per contrariā confeſsionē ſeu (ut dicit̃) diſdictā, aut mortē, uictoria parat̃ uincenti,utſupra concl.48. Itē nō apte uidet̃ iudex uelle ꝓnuntiare circa uictoriā; qui iam in hac cauſa,nō expectato fine,diuidendo; iniuſte ſe habuit; unde manifeſtum iuris errorē cōtinere ui- Contra Parid.

8\. deret̃ ſentētia ſua, +.quæ ideo eſſet nulla.l.1.&.2.C. quādo ꝓuoca.nō eſt neceſ.Soci. reg.354.imo ꝓpter talem condēnationē, ipſi iudices quādoq; fuerunt ꝓuocati ea de cauſa ad certamē per condēnatū,& ꝓ hac mea opi.faciūt dicta Paridis in.§.an ſi cū duobus lib.8.ubi tamē dicit, ꝙ talis exiſtens in caſu uictoriæ, habebitur in maiore honore apud milites; quod nō eſt improbandum.

1\. Iudex debet condemnare, uel abſoluere partes in Duello,pro iuſtitia.
2\. Iudicandi munus,neceſsitatis eſt.
3\. Iudex qn̄ fit pugna,uel qn̄ quis eſt contumax,aut mortuus,qūo ꝓnūtiare debeat,alio cōparēte,& n.5.
4\. Iudex ubi adſit impedimētū,ſtatuit aliū diē ad ꝓliū.
6\. Crimen cum morte extinguitur,limit. num. 8.
7\. Armorum terror ubi eſt,dicitur mors īminere.
9\. Iudex debet condemnare uictum in expenſis.
10\. Iuramēto uictoris ſtādū,pro expēſis factis ī Duello.

11. Victores extollēdi, qui uictos abſq; expenſis etiam conſecutis, dimittunt liberaliter.
12. Victus donat⁹ iudici, an poſsit cogi ad ſe redimēdū.

CONCLVSIO. XCIIII.

1. POSTREMO ✝ Iudicis partes erunt in hoc iudicio per ſentētiam abſoluere, uel cōdēnare, ꝓut uicto/ria ſe ſe obtulerit in altero congre/dientiū, aut ſuccumbentiū; tenet.n. iudex in cauſa, & quæſtione in qua cognouit, ſentētiam ſuā ꝓferre ſm̄ iuſtitiā, deū præ oculis habendo.l.de qua re.ff.de iudiciis ubi Bar. &
2. docto.& per Soci.reg.198.& Iul.Fer.conſil.4.in fi.✝ iudicādi.n.munus neceſsitatis eſſe uidet.l.numerū.§. iudicandi.ff.de mune.& hono.& in aūt.ut iud.nō ex pecta.ſac. ius. cū ſim. quāuis aliqui imperite dicant, ſufficere, ſi iudex, abſq; ſentētia, declarauerit ſtatum cauſæ, & prælii abſoluti, quæ prorſus aliena a uero exiſtimāda ſunt, & ꝓpterea deuenire ſolet iudex ad
3. ſētētiā, in altero de duobus caſibus; ✝ ſcilicet quādo fit pugna & alter ꝓnūtiatur uictor, aut uictus; uel quādo quis contumax, aut mortuus fuerit ante Duelli diē; in primo caſu, ubi fit pugna, iudex pronūtiat, & declarat quisq; is fuerit, ſiue ꝓuocās, ſiue ꝓuocatus, qui aduerſariū ſuperauerit, eum uictorē; aut uictum aliū, & uti calūniatorē reprobatū, & re/probandum, autore Paride in.§.an duella num.5.

lib.1.& in.§.qualiter,lib.x.& conſuluit Iul.Fer.cõſ. 6.
in fi. per iura etiã longobarda,inter alia per.l.recolimus,de homic.lib.homi. & cõueniũt adducta ſupra concl.2. pſertim Io.lign.in d.§.circa ſeptimũ num.1.
in ſecũdo caſu,ubi aliquis certantiũ contumax fuerit,pro cõparẽte pnunciandũ erit; ut ſi fuerit cõtumax puocatus,& nõ comparuerit; habeat pro contumace,confeſſo,& uicto; dicaturq; iniuſtam fouiſſe qrelã; decernẽdo ipſum eſſe militẽ reprobatũ,& reprobãdũ,& de cætero diffamatũ; & a militũ pugna repellendũ, & alia quæ more militũ obſeruari ſolent; prius tamẽ ipſe cõparens,die ſtatuta ingredietur campũ,cum uexillis,& armis,ut par eſt; ibiq; expectabit uſq; ad ſtellas; & occaſum ſolis,aduerſariũ,tribus factis pclamationibus in meridie,uel put iudici placuerit,q paratus eſt prælio; & illo in contumacia perſeuerãte; occidente ſole,iterũ uoce præconia uocato cõtumace,petit ipſe cõparens,ad honorem ſuũ,& in ſui fauorẽ pronũtiari; unde iudex pnuntiare ſolet pro cõparente,cũ conſilio pceiũ, & militum, & aliorũ peritorũ in hoc negotio; quæ ſimiliter,& ecõuerſo obſeruãda ſunt in puocãte cõtumace; ut late proſequitur per uerba apta Paris in d.§.qualiter; & Iac. Hiſpa.in cap. fi. lib.4.& Iul. Fer. conſil.19.num.4.&.5.& clarius conſil.12.& per Alcia. cap.15.& militant adducta ſupra concl.25.in hoc tamen ſecũdo caſu,ſi pponant iuſtæ excuſationes,& legitimũ impedimẽtum,nõ comparẽtis,per nũtiũ, uel araldũ,utſupra concl.46. &.61. admittuntur,

uti miniſtro ſuo, uindici in irã ei qui malũ agit; & ut illud exerceat ad uindictã malefacto℞, ad laudẽ uero bono℞, ut alibi diximus ſupra in. §. 1. uerſi. Gladium; & idcirco nõ uideo; cũ inter alia arma, enſis magno in honore, & uſu habeať frequẽtiori, apud nobiles, & milites; qũo ineuntes certamen, etiã illo ſolo, debeant, aut poſsint improbari, a Iudice campi; & ꝓpterea percõtatus quãdoq; milites, dicũt nõ
9. fieri talem improbationẽ hodie; ✠. Similiter nõ uidentur poſſe improbari; qui certa parte corporis armati, alia inermi, certamen ineũt, dummodo arma ſint militaria; cum plura, & unã tantũ ſpeciẽ deferri poſſe dixerit Paris d. §. arma; quicqd ſcripſerit in d. §. contigit, aliter ſentiens in hoc caſu; ut eum ſequiť Iac. Hiſpa. d. cap. 6. ualet. n. argumentũ de parte, quo ad partẽ, quod de toto, quo ad totũ. l. quæ de tota cũ ſine. ff. de rei uendi. & in toto pars cõtineť, iuribus

Paris cõtrarius.

10. uulgatis: ✠. Cõuenire tamẽ magis, & ipſe exiſtimo ad decus, & ornatũ equeſtris militiæ cõſeruãdum; nobili, & generoſo uiro, ut eques, & loricatus ad pugnã deſcendat; Habitus. n. plurimũ poteſt; & præſumptionẽ facit; ut talis quis præſumať, quali in habitu reperiť, celebris eſt tex. in. l. itẽ apud labeonẽ. §. ſi quis uirgines. ff. de iniur; & eſt in Adagio; Veſtis facit uirũ; q̃ quod mercenario℞ peditum more aliqs ꝓdeat; ut omniũ opi. receptũ eſſe teſtis eſt Alcia. d. cap. 39. qui tamẽ tradit talẽ cõgreſſum ſolius enſis,
11. nõ poſſe per perduellẽ recuſari; Verũtamẽ licet ✠ ſagitarũ, Arcuũ, & Sclopo℞ uſus apud milites fre-

quens ſit,exiſtimauit tamẽ Alcia.id genus armoꝝ
eligi nõ poſſe ; Atqui conſuetudine hæc omnino
imꝓbant;quod & ea ratione cõprobari poterit;qa
in talibus congrediẽtibus nõ uidet̃ poſſe eluceſcere
uirtus, & ſtrenuitas illa; quæ decet ueros nobiles,&
milites;& inſuper tales uident̃ uelle congredi,ma-
gis acti aliquo furore,& deſperatione; q̃ ad propul
ſandas iniurias;& honoris,& exiſtimationis ſuæ cõ
ſeruãdæ cauſa; In præmiſsis tamẽ cõſuetudo ſem-
per erit obſeruanda,utſupra cõcl.13.dixi: Poſtremo
notandũ erit sm̃ præfatos docto. ſi inter perduelles
cõuentũ ſit; ut pugna fiat aliquo armoꝝ genere;
12. + ꝙ cõuenta ſunt obſeruanda; nã & alibi diximus
ſupra concl.12.inter certaturos cõuenta eſſe obſer-
uanda ; Arma autẽ ſi ceciderint,aut frangant̃ ;an
iterũ præſtentur dicemus inf.de Iudice,concl.92.

1. Pugnantes alter alterũ præuenire poteſt in percuſ-
ſionibus;licet ꝓuocatus conſultius uidetur agere,
expectans ſe inſultari.
2. Prouocatus põt deludere ꝓuocãtẽ,ſubterfugiẽdo.
3. Tempus pugnæ,eſt unius diei.

CONCLVSIO. LXXXVI.

CONGREDIVNTVR deinceps
his omnibus diſcuſsis , & apud iudicẽ
uentilatis , perduelles;manũq; conſe-
1. runt;in percuſsionibuſq; , &. + .inſultu
alius aliũ præuenire poteſt , licet con-

ſultius acturū ꝓuocatū, aliqui affirment, ſi ꝓuoca-
torem inſultanté expectet; ad hoc ut iuſtificet; ꝙ
tamꝗ inſultatus accedat; & fere inuitus; ſicq; ꝓuo-
cator uti deū tentans diuino iudicio debeat ſuccū-
2. bere; ut iam dictū eſt concl. 48. ✝ Deludere auté po
teſt ꝓuocatus ꝓuocanté, currendo, ſubterſugiendo,
ſæpe cauēdo ab inſequēte, euitando ictus, & uulne-
ra, ita ꝙ finita die ꝓuocator ꝓbare nō poſsit; q hoc
3. ꝓmiſit; ſicq; uictus is dicaṫ; ipſe uero uictor; ✝, qa
pugna eſt bellū unius diei, ut per Paridé in. §. an ſi
ꝓuocans dum. lib. 8 & ſupra cōcl. 45. Pœnitere tamé
poteſt prouocatū, ante, vel poſt lité conteſtatā, abo-
litione impetrata, vt ſupra concl. 26. dictum eſt; an
vero liceat prouocato mutare querelā ante lité con
teſtatam, uel poſt, dictū eſt ſupra concl. 28. in fi.

PARS QVARTA.
DE IVDICE.

1. Iudicis partes neceſſarie ſunt in Iudicio duellari:
2. Duellum impertinenter ſit ſine iudice:
3. Non coronabiṫ niſi q ligitime in agone certauerit: pone
1. Iudex competens certaminis, quis ſit. ante.
2. Iudices qui poſsint concedere duella qui ſint: cōcl 88.

CONCLVSIO. LXXXVII.

IVDICIS partes, quæ in multis
uerſantur, neceſſariæ ſunt in hoc iu-
1. dicio, ✝ & ſingulari bello; cū tribus
perſonis conſtituatur, Prouocāte;
Prouocato; & Iudice; ut ſupra 2 cl. 2.

ſcripſimus; neq̃.n.iuſtificari poteſt abſq; ſuperioris autoritate, ſeu iudicis, a quo depẽdet iuſtitia belli,
2. ut dictũ eſt ſupra cõcl.24. &.55.✝ Sicq; pugna illegitime; & impertinẽter cõmittit ſine iudice, & in locis remotis; & ſolitariis; & alla Macchia, ꝑut apud aliquos dicit; Hincq; ad ꝓpoſitum cõuenire uidet
3. dictũ Apoſtoli cap.2.ad Thimot.✝.qui inqt, nõ coronabitur niſi qui legitime in agone certauerit.

CONCLVSIO. LXXXVIII.

